

# HISTORIA ECCLESIASTICA

INTER

*CATHOLICOS, ET PROTESTANTES*  
CONTROVERSA

A PRIMO CHRISTIANI NOMINIS SÆCULO USQUE AD  
PACEM ECCLESIAE A CONSTANTINO M. IMPE-  
RATORE REDDITAM,  
QUATUOR PRIORA SÆCULA  
COMPLECTENS,

IN QUA

HISTORIAM CHRISTIANAM FRIDERICI SPANHEMII, ET  
ECCLESIASTICAM MOSHEMII, IN DISSEN-  
SIONIS CAPITIBUS  
NOTANDAM, AC REFELLENDAM  
PROPONIT

HODIERNAM ROMANÆ ECCLESIAE FIDEM, AUCTORI-  
TATEMQUE, EANDEM ESSE, AC PRIORUM  
SÆCULORUM.

DEMONSTRANDUM, AC PROPUGNANDUM  
OFFERT

DUOBUS PUBLICIS CERTAMINIBUS  
PRÆSIDE

FR. PATRITIO SILVIO

AUGUSTINIANO

CONIMBRICENSI DOCTORE THEOLOGO, SACRÆQUE  
THEOLOGIAE PROFESSORE

FR. ANTONIUS A PURIFICATIONE.

INTER AUGUSTINIANA COMITIA LUSITANÆ PRO-  
VINCIAE CELEBRANDA.

In regio Olisiponensi Cœnobio Dom. N. a Gratia  
die *29* hujus mensis vespere  
ac die *2* mensis *Maii* vespere.



COD  
130903

COMPRA

ECOLESTICA  
I A 302780 2 1 11

CATHOLICOS, PROTESTANTES  
DE PORTO RICO

LA UNIÓN DE LOS  
CATHOLICOS Y PROTESTANTES

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

CRISTIANISMO  
CATHOLICO Y PROTESTANTE

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

DE PORTO RICO  
COMITÉ EJECUTIVO

611592





EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO

P R I N C I P I

S. R. E.

CARDINALI MENDOCIÆ

J O S E P H O I I.

OLISIPONENSI PATRIARCHÆ

REGINÆ FIDELISSIMÆ

ARCHI-CAPELLANO

ET A CONSILIIS,

&c. &c. &c.

FR. PATRITIUS SILVIUS

ORDINIS EREMITARUM SANCTI P. AUGUSTINI

CONIMBRICENSIS DOCTOR

PERPETUAM FELICITATEM.

**T**AMETSI probe scio, PRINCEPS EMI-  
 NENTISSIME, & pro æquissima ingenii mei  
 æstimatione compertum, ac plane explora-  
 tum habeo, nihil a me in lucem emitti posse,  
 ea eruditionis copia, & verborum elegan-  
 tia exornatum, ut cum amplissimis, qui-  
 bus fulges Dignitatibus, & cum sapien-  
 tiæ,

tie, ingeniique Tui nitidissimo lumine sit  
ratione aliqua comparandum, mihi tamen  
summa illa, quæ excelsas Dignitates tuas  
vincit, quæ nobilissimi, atque antiquissimi  
generis splendorem longe superat, summa,  
inquam, humanitas Tua ac prope singula-  
ris animum, viresque adauxit, ut parvum  
hoc munusculum ad pedes Tuos deponere  
auderem. Suspiciebam in Te non modo am-  
plissimarum Dignitatum culmina, verum  
etiam Familiæ Tuæ insignem nobilitatem,  
jam inde a Lusitani imperii exordio, vir-  
tute, præclarisque facinoribus commenda-  
tam: quem enim locum esse arbitrer, non  
dico in Lusitania, sed in ultimis terra-  
rum partibus, ad quem nondum MENDOCIÆ  
Gentis, & Comitum de Val-de Reis, no-  
men, ac fama pervenerit? Qui res a  
Maioribus Tuis bello, & pace præclare  
gestas nondum audierit? Sed Epistolæ bre-  
vitas ea complecti non potest, quibus non  
dicam exornandis, sed recensendis nulla sa-  
tis esset oratio. Etsi vero tanta sit Domus  
Tuæ nobilitas, ac gloria, PRINCEPS EMI-  
NENTISSIME, præcipue tamen virtutes Tuas  
suspiciebam Te ipso eminentiores, quæ,  
cum jam esses Sanctæ Olisiponensis Eccle-  
siæ



*sic Purpuratus Princeps, Potentissimam, ac Fidelissimam Reginam nostram potissimum adduxerunt, ut Te ad Conimbricensem Academiam regendam, ac reformandam sapienter eligeret, quam Provinciam quanta cum laude per sexennium adimpleveris, vidi ego ipse, ac sum expertus; quæ denique Te ipsum Patriarchali Olisiponensi infula, ac Romana purpura dignum reddidere. Sed in his recensendis vereor, ne molestum auribus Tuis sermonem exhibeam: ea enim semper fuit virtus Tua singularis, & maxima, ut laudes mereri, non audire optares. Aliis igitur ingenitam illam Tuam bonitatem, ac modestiam, morum quoque suavitatem, ac profusam in pauperes beneficentiam, cum assidua Pastoralis Officii sollicitudine conjunctam, eximias etiam sacræ eruditionis opes, aliis, inquam, hæc omnia prædicanda relinquo. Quæ cum & mihi, & omnibus satis cognita, ac perspecta sint, non dubitavi, PRINCEPS EMINENTISSIME, quin me libellum istum, quamvis tenuem, quamvis exiguum, tuo committere patrocínio cogitantem facile excusares, in quo dignitas argumenti dignitatem suppleret Auctoris. Adauget vero summopere fiduciam*  
*banc*

banc meam, quod videam, quanta, Maiorum Tuorum exemplo, & Tu, & præclara Domus Tua Augustinianam Familiam benevolentia prosequamini, in cuius maxima Æde sacra eam venerari soles Virginem, quæ Te e sacro Fonte suscepit. Sine igitur me hunc qualemcumque vigiliarum, laborisque mei fructum Tibi devovere, quem si consueta humanitate exceperis, ego quidem honorem non vulgarem, atque immortale beneficium consecutum fuisse gloriabor. Quod vero officii mei est, Deum Optimum Maximum oro, & obtestor, ut Te Olisiponensis Ecclesiæ bono, Lusitaniæ ornamento quam diutissime incolumem servet.



# IN PRIMO CERTAMINE

QUOD

DESIGNATO DIE, AC LOCO

HABENDUM EST

HISTORIA

# ECCLESIASTICA

PRIMI, ET SECUNDI ECCLESIAE SAECULI

INTER


*CATHOLICOS, ET PROTESTANTES*

CONTROVERSA

EXPONETUR

ET ROMANAE ECCLESIAE DOCTRINA

VINDICABITUR.



## PRINCIPIO

*Reformationem Religionis Christianae a Novatoribus  
Sæc. XVI. aggressam non ex Deo esse, sed ex  
hominibus demonstrabitur.*

IN PRIMO

CERTAMINE

DESTATO DIE...

HABENDUM EST

IN...

ECCLIA...

...

...

CAUSAM...

CURIA...

...

...

...

...

PLINIO

...

...

...



# HISTORIA ECCLESIASTICA

INTER  
CATHOLICOS ET PROTESTANTES

CONTROVERSA

*Primum Ecclesiae Seculum.*

## CAPUT I.

*De Romana sede, ejusque primo Seculo Episcopis.*

*De Conciliorum Origine, & Petri Primatu.*

*De Apostolorum conjugio.*

### §. I.

**B**EATUM Petrum Apostolum Romanæ Quis Ro-  
Ecclesiae auctorem, primumque mode- manam  
ratorem extitisse tanta consensione ve- Ecclesi-  
teres tradiderunt, ut vel ipsos Pro- am ere-  
testantium doctissimos, minus præjudi- xerit.  
ciis occupatos pudeat hoc in dubium  
revocare. Qui vero invictissimum totius antiquita-  
tis testimonium contemnere non erubescunt, quan-  
ti profecto facerent, si suæ sententiæ faveret? Præ-  
clare Grotius (1): Romæ Petrum fuisse nemo ve- Petri  
rus Christianus dubitabit. Sed Fridericus Spanhe- Romam  
mius, qui annales Baronii notandos suscepit, sin- ad ven-  
tus.

A

gu-

(1) In I. Petri Cap. V. 13.

*Notatur  
Spanhe-  
mius.*

gulis paginis eam sibi legem statuens , ut certa ab incertis fecernat , ad veritatem adventus Petri Romam labefactandam , certa miscet incertis. ( 2 ) Præterquam enim fabellas a Criticis rejectas una cum hoc adventu recenset , ex eo etiam dubitandi occasionem arripit , quod assignari minime possit , quo tempore Petrus Romam venerit ; utrum semel , an iterum , quot annos ibi fuerit. Ego vero , quod ille promittit , sed hoc in loco non exequitur , lubens præstabo , certa ab incertis fecernendo.

## §. II.

*Certa  
ab incer-  
tis fecer-  
nuntur.*

**C**ertissimum , atque extra controversiam positum esse debet , quod universa clamat antiquitas , præclarum illum Apostolum Romam venisse , ibique Episcopatum gessisse. ( 3 ) Totius rei caput hoc est , ex quo sponte sua fluit Petri successores esse Romanos Episcopos. Quo autem anno venerit , semel , an iterum , quot annos eam Ecclesiam administraverit , quanquam certo defini-ri non possit , tamen non video quid inde detrim-menti Romanæ Ecclesiæ accedat. Qui exordio Re-gni Claudii , anno scilicet secundo , venisse conten-dunt , ex Eusebio , Hieronymo , Orosio , opinio-nem tuentur satis probabilem , minimeque , ut nonnulli perperam existimant , Actuum Apostolo-rum historiæ oppositam. Ex hac opinione conse-quens est , ut credamus Petrum Româ Hierosoly-mam Rediisse ; proptereaquod Hierosolymitano il-

( 2 ) Hist. Christ. Sec. I. Cap. VI. n. III.

( 3 ) Ita passim a Veteribus

traditum adversarii negare non possunt.



( 3 )

li Concilio, dequo in Actibus Apostolorum Cap. XV. agitur, celebrato circa annum Christi 50, vel 51. interfuisse legatur. Quid vero in causa fuerit, cur Hierosolymam Reveteretur, facile occurrit, edictum scilicet Claudii Imperatoris, anno regni ejus 9., quo Judæi Urbe pulsi sunt. Inde Romam iterum venisse, ibique martyrium sub Nerone subiisse pro certo est iis omnibus, qui unanimem omnium Veterum consensum, summo, uti par est, in honore habent. Vulgo autem, nec sine fundamento asseritur, Romanæ Ecclesiæ præfuisse circa annos 25., ab anno scilicet V. Æ. 42, usque ad ejusdem an. 66.

## §. III.

**D**E Petri hoc sæculo successoribus, si successio-<sup>Successores Pe-</sup> nis ordinem attendas, in re valde incerta<sup>tri.</sup> versamur. Petro successit Linus; sed Lino alii Clementem, (4) alii vero Cletum, (5) successisse opinantur. Sunt, qui pro Cleto Anacletum substituant, unum, eundemque esse existimantes; sunt, qui hunc ab illo putent esse diversum. Quid vero in hac tanta sententiarum diversitate Spanhemius? *Verius, inquit, dicetur, non successive, sed simul olim fuisse numerosiori Ecclesiæ præpositos, & συλλειτουργοις, ut frustra de ordine Papatus litigetur.* (6) Lepide quidem, ut Romanorum Pontificum successionem a Petro derivatam labefactet. Omnes

A ii quot-

(4) Ex Optato lib. 2. & Tertuliano lib. de Præscript. Hæret. C. 32.

ribus, ex Iren., Epiph., Hier. in Catal. Script. Eccl.

(6) Hist. Christ. Sec. I. Cap.

(5) Ex Catalogis præstantio-

XII. n. II.

*Certa ab  
incertis  
Secer-  
nuntur.*

quotquot sunt veteres Catalogi, omnes quotquot de primis illis Romanæ Ecclesiæ Episcopis pertractarunt, antiqui Patres, alios aliis successisse constanter affirmant: sed virum alioquin eruditissimum plus suo cerebro fidere non puduit; tanto partium studio, tantoque in Romanam Ecclesiam odio affectus est. Certa igitur ab incertis secernamus: quod alius post alium, *successive*, ut aiunt, Petri Cathedram occupaverit, res est in dubium minime revocanda: quo autem ordine sederint, an Cletus idem sit cum Anacleto, non ita pro certo habendum: illorum autem opinionem amplectimur existimantium, Lino, qui post Petrum sedit, Cletum successisse, Cleto Clementem, Clementi Anacletum.

#### §. IV.

*Concilio-  
rum ori-  
go.*

*Prima-  
tus Petri  
in Pri-  
mis  
Conci-  
liis.*

**C**onciliorum celebrandorum usum, ad Ecclesiasticas causas finiendas, ex iis, quæ hoc seculo celebrata fuere, ab Apostolis Ecclesiam accepisse manifesto apparet. In primo, quod in Libro Actuum Apostolorum Cap. I. refertur, *exurgens Petrus in medio fratrum*, rem, de qua agendum erat, proponit, (7) idemque in altero Concilio ex Apostolicis celeberrimo, quod Act. Apost. Cap. 15. describitur, primus omnium sententiam dicit. Cur autem in iis omnibus Petro cæteri Apostoli primas constanter deferrent, nisi ille a Christo Primatum accepisset? Aderat profecto Jacobus Hierosolymorum Episcopus, in qua urbe Concilium habebatur; is tamen secundo loco post Pe-

(7) De novo in locum Judæ eligendo Apostolo.



( 5 )

Petrum loquitur. ( 8 ) Frustra vero Spanhemius contra Baronium probare nititur, in hoc Concilio præcipuas non fuisse partes Petri; nugæ enim sunt, quidquid opponit: nec decisio, ut vir ille effutit, ab uno tantum Jacobo, sed ab omnibus pronuntiatur.

## §. V.

**A**ntiochiæ, hoc seculo, circa Hebræos ritus observandos exorta contentio illi celebrando Concilio occasionem dedit. In eadem urbe contigi, ut Cephias, *judaizando*, ut aiunt, alios etiam ad idem exequendum induceret, cui Paulus *in faciem restitit*, quia *reprehensibilis erat*. ( 9 ) Quot vero, & quantæ ex hac historia difficultates emerferint, quantum quoque Hieronymus, & Augustinus inter se dissentirent, nemo sane est, qui nesciat. Nos vero in hac sumus opinione Cephiam illum a Petro minime esse diversum; ipsumque non simulate, sed sincere, atque ex animo a Paulo fuisse objurgatum. Hæc autem quanquam ita sint, inepte tamen Pfasius, ( 10 ) cæterique omnes ejusdem amentiaë focii, ex hoc facto, pariter ac ex aliis, Petri supra cæteros Apostolos primatum evertere nituntur: quid? Ea ne esse dicitur Primatus dignitas, ut qui ea fuerit exornatus, ne fraterne quidem reprehendi possit? Vah ficulnea novatorum argumenta!

*Cephas, idem ac Petrus, a Paulo reprehensus.*

## §. VI.

( 8 ) Act. Apost. Cap. 15. v. 7. & 13.

( 9 ) Epist. ad Galat. Cap. II.

( 10 ) Origin. juris Ecclesiast. Cap. I. art. 3.

## §. VI.

*Apostoli  
conju-  
gati.*

**S** Panhemius ad fuorum incontinentiam defen-  
dendam, cælibatum que explodendum ex Do-  
ctoribus, hoc seculo, conjugatis miserum argu-  
mentum deducit; ( 11 ) atque ex Apostolis con-  
jugio copulatos fuisse affirmat, saltem Petrum,  
Philippum, & fratres Domini. Id quidem de Pe-  
tro ex Evangelio apertissime evincitur; ( 12 ) sed  
non ita de reliquis. Quanquam vero Spanhemius,  
atque ejusdem sectæ homines, præter id, quod  
Scriptura docet, haud facile concedant, tamen,  
quoniam de ducenda uxore agitur, cæteros pari-  
ter conjugatos fuisse libenter admittunt. Frustra  
vero in causæ suæ patrociniū adducunt Aposto-  
li testimonium ex I. Cor. IX. 5. Ipsumquoque Pau-  
lum Apostolum conjugatum fuisse existimat memo-  
ratus Spanhemius ex Ignatii verbis Ep. ad Phila-  
delph., ὡς Πέτρος, καὶ Παῦλος, καὶ τῶν ἄλλων Ἀποστόλων  
τοῖς γαμοῖς προσομιλήσαντω. Profecto non eum latuit  
Baronii judicium contendentis nomen *Pauli* in tex-  
tum fuisse intrusum; sed ex hoc nomine ab Us-  
ferio Armachano vapulare dicit. Verum æquiori ju-  
dicio a nobis vapulet ipse Spanhemius: nam &  
nomen *Pauli* in textum Ignatii intrusum esse af-  
firmant, quotquot sunt sanioris critices eruditi,  
& Paulum ab omni matrimonio abstinuisse pro cer-  
to habemus.

*Notatur  
Spanhe-  
mius.*

## §. VII.

( 11 ) Hist. Christ. Sec. I. Cap. XII. | habuisse Math. C. 8. n. 14. Marc. C. I. v. 30. Luc. C. 4. v. 38.

( 12 ) Dicitur enim socrum



§. VII.

**D**emus autem omnes Apostolos matrimonio fuisse conjunctos, antequam ad Apostolatam a Domino vocarentur, quod ego de maxima eorum parte mihi facile persuadeo, propterea quod apud Judæos (erant autem & ipsi Judæi) cælibatus nomen, si non omnino ignotum, certe quidem obscurum. Sed illud erat ab Spanhemio, aliisque ejusdem sectæ hominibus probandum, vel quod facti Apostoli uxoribus ante susceptis ad maritale officium uterentur, vel quod ex eis nonnullus absque uxore ante Apostolatam vivens, factus tandem Apostolus nuptias contraxerit, ut pseudo-reformator Lutherus impudentissime fecit. Id verò ubinam scriptum legitur? Certe qui uxores haberent, eas post Apostolatam, non quoad charitatis officia, sed quoad uxoria deseruisse, ac deinceps non ut uxores, sed ut sorores habuisse, res est facillime demonstranda. Nec est cur Spanhemius hanc in Baronio sententiam mordeat; fateatur enim, necesse est, olim fuisse Clementis Alexandrini, (13) quam & nos aliorum Patrum, quoad substantiam, fuisse affirmamus.

*Iterum notatur Spanhemius.*

CA-

(13) Lib. 3. Stromat.

## CAPUT II.

*De Ecclesiastico Regimine, & Hierarchia hoc seculo, nec non de quibusdam ad disciplinam Apostolicam spectantibus.*

## §. I.

*Ecclesi-  
asticum  
Regi-  
men.*

**N**ULLAM Ecclesiastici Regiminis formam Mofhemius a JESU Christo institutam tradit, (1) qui præterea omnem Ecclesiasticam auctoritatem hoc seculo penes populum fuisse affirmat. (2) De Episcopis vero, & Presbyteris ita sentit, ut nullam quoque Ecclesiasticam Hierarchiam a JESU Christo institutam admittere videatur, (3) quam certe Spanhemius, (4) & Protestantium plerique omnino negant. Nos vero, non quod partium dictat studium, sed quod aperte scriptum legitur, in medium proferentes primum affirmare audemus aliquam fuisse Ecclesiastici Regiminis formam a Christo Opt. Max. institutam.

## §. II.

*Stabili-  
tur Pri-  
matus  
Petri.*

**P**RIMUM enim Beato Petro supra cæteros Apostolos non modo honoris, verum etiam jurisdictionis primatum contulisse ex Novo Fœdere multa testantur, quidquid Romanæ Ecclesiæ hof-

(1) Hist. Eccl. Sec. I. p. II. C. II. n. V.

(2) Ibidem. n. VI.

(3) Hist. Eccl. Sec. I. part. II. Cap. II.

(4) Hist. Christ. Sec. I. Cap. IX. n. 4.



hōstes aliter sentiant : Petrum vero dignitatis suæ officia exercuisse , tum ex his , quæ præcedenti Cap. ( n. IV. ) protulimus , tum ex aliis facillime ostenditur. Christus ergo , qui cum unus esset Dominus , unum quoque corpus , unam fidem , atque unum baptisma non poterat non instituere , hujus unitatis centrum in unō Petro voluit esse constitutum.

§. III.

**P**rofecto qui nec præjudiciis , nec partium studio tenentur , hanc veritatem fateantur , necesse est , in notissimis illis verbis apud Matthæum contentam. *Tu es Petrus , & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Si enim cum antecedentibus ista conferantur , atque cum mutato Simonis nomine in Cephā , ( 5 ) statim vel invito cuilibet manifestum evadet , illam Christi sententiam ad peculiarem Petri personam necessario referri. Atque ita de Petro intelligendam censuerunt Græci , Origenes , ( 6 ) Basilus , ( 7 ) Gregorius Nazianz , ( 8 ) Chrysostomus , ( 9 ) Cyrillus Alexandrinus , ( 10 ) Epiphanius , ( 11 ) nec non Latini , Tertullianus , ( 12 ) Cyprianus , ( 13 ) Hieronymus , ( 14 ) Hilarius , ( 15 ) Augustinus , ( 16 ) Leo M. , ( 17 )

B de-

( 5 ) Joan. Cap. I. v. 42.  
 ( 6 ) Apud Eusebium Lib. 6. Cap. 19.  
 ( 7 ) Ad Cap. 2. Isaia.  
 ( 8 ) Oratione 26.  
 ( 9 ) Homil 2. de pœnitent. in Psal. 59.  
 ( 10 ) Lib. 2. in Joan. C. 12.  
 ( 11 ) Hæresi 59.

( 12 ) Lib. de Præscript. Cap. 21.  
 ( 13 ) Ep. 57. & alibi.  
 ( 14 ) Lib. adversus Pelag. C. 4.  
 ( 15 ) Canone 26. in Matth.  
 ( 16 ) In Psalm. 69.  
 ( 17 ) Serm. 2. in anniversario assumptionis suæ ad Pontif.

denique Chalcedonense Concilium. (18) Quid vero infensissimi Romanæ Ecclesiæ adversarii? Non tantam hanc testium veritatis nubem, sed quorundam opinionem sequuntur, qui illa verba, *super hanc petram*, ad fidem, & confessionem Petri referenda crediderunt. Sed & si istorum testimonia attente ac sine præjudiciis perpenderit, facile, nulloque negotio cum superiorum sententia convenire intelligent, quippe qui de Petri fide, tanquam de merito agant, cur ad tantam illam dignitatem, ut Ecclesiæ fundamentum esset, evectus fuerit.

## §. III.

*Primatus  
Romani  
Pontificis.*

**Q**uia vero Jesus Christus Ecclesiam instituit, usque ad consummationem seculi (19) duraturam, in ipsa quoque perpetuam regiminis formam instituere debuit, quæ non in Petro tantum sed etiam in ejus successoribus eluceret, ita ut, qui in Petri locum suffectus esset, in ejus quoque jura succederet. Hinc Romanus Pontifex, qui, tota consentiente antiquitate, fremente autem Protestantium grege, Petri Successor est, jure divino in Ecclesia eandem Primatus dignitatem obtinet, cujus quidem officia tam hoc seculo, quam sequentibus exercuisse, ex historia palam fiet.

## §. V.

(18) Actione 3.

| (19) Matth. Cap. 28. v. 20.



( II )

§. V.

**P**Ræter eminentem illam in Ecclesia digni-  
 tatem, in ipsa quoque hoc seculo fuisse Epif-  
 copos, Presbyteros, ac Diaconos, adeo certum  
 est, ut in dubium a nemine revocetur. Episco-  
 pos autem non honore tantum, sed etiam ordine,  
 atque adeo jure divino Presbyteris superiores fuisse,  
 tam ex diversis ipsorum muneribus, quam ex  
 Apostolicis testimoniis facile evincitur. Siquis ve-  
 ro est, qui in Paulinis verbis ( 20 ) ambiguitatem  
 deprehendat, fateatur, necesse est, nisi plane ru-  
 dis, & partium studio captus fuerit, eam esse ex  
 communi tam hujus ætatis, quam proxime se-  
 quentium sensu omnino discutiendam. Cur autem  
 jam inde ab Apostolicis temporibus, a præcipuis  
 Ecclesiis Episcoporum suorum successiones tanta  
 diligentia custodirentur, nisi magnum aliquod Epif-  
 copos inter, & Presbyteros discrimen esse crede-  
 retur? ( 21 )

*Episcopi  
 distincti  
 a Pres-  
 byteris.*

§. VI.

**D**iaconos Spanhemius ab Apostolis institutos  
 fuisse affirmat, ut ministrarent non Sacerdoti-  
 bus, non Altaribus, ut sequiori ætate, sed mensis,  
 pauperibus, orphanis, viduis, ægrotis. ( 22 ) At-  
 que hæc est communis Protestantium sententia.  
 Ego vero, quoties mecum ipse reputo, in hujus-

B ii mo-

( 20 ) Variis in locis Epist. ad Tit. ad Timoth. , ad Philip.

Alex. Hierosol. , cæteris, passim apud veteres.

( 21 ) De Ecclesia Romana ,

( 22 ) Hist. Christ. Sec. I. C. IX. n. 3.

modi Diaconis quot, quantas que dotes Apostolos desiderasse, nimirum, ut essent *boni testimonii, pleni Spiritu Sancto, & sapientia*: (23) quoties sacros ritus, quibus consecrati fuerunt, manuum scilicet impositione, & oratione animadverto, eos omnino desipere existimo, qui ad profanum tantummodo, & non ad sacrum ministerium institutos esse contendunt. *Cur enim, præclare Natalis, tot dotes, tamque sacri ritus, ad constituendos ministros ciborum?* (24) Siquid vero in Act. Apost. Cap. VI. circa Diaconorum munera, ambiguum videatur, quis recto utens iudicio scriptorum omnium ætatum, etiam ex tribus primis Ecclesiæ Sæculis, (25) sententiam non præferat Protestantium opinionibus? Alterum igitur Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradum Diaconatum recte dicimus.

## §. VII.

*Que iura fuerint Christiane plebis.*

**D**E Ecclesiastica auctoritate, supremaque potestate, Moshemium, penes populum, hoc seculo, fuisse affirmantem, refellere pudet. (26) Quid enim ad stultam hanc opinionem explodendam amplius requiritur, quam quod ipse paulo an-

(23) Act. Apost. Cap. VI. v. 3.

(24) Hist. Eccl. Sæc. I. Dissert. VII.

(25) Ignatius Martyr Ep. ad Trallianos., Tertul. lib. de bapt. C. 17. Justinus Apol. 2. Cyprianus Ep. 65. ad Rogatianum.

(26) Hist. Eccl. Sec. I. p. II. Cap. II. n. VI. ita de plebe Christ. ait: c' étoit cette même

assemblée qui confirmoit ou rejettoit les loix que les chefs proposoient, excommunioit les membres indignes & les retabliissoit après leur penitence, jugeoit des controverses et des differends qui s'élevoient dans l'église, decidoit les disputes entre les anciens & les diacres, & en un mot, exercoit toute l'autorite qui caractérise le pouvoir souverain.



( 13 )

ante dixerat ? Pour se former, une idée juste des <sup>Refel-</sup>privileges & des fonctions des apotres, nous devons <sup>litur</sup> les considerer comme des hommes chargés de la part <sup>Moshe-</sup>de Dieu de l'auguste commission & revêtus du pou- <sup>mius.</sup>voir de faire des loix religieuses de censurer & re-  
primer les méchans quand le besoin le mandoit.  
&c. (27).

## §. VIII.

**F** Atemur quidem, Apostolicis temporibus, Christianam plebem, in sacris ordinationibus, & electionibus, de vita, ac meritis ministrorum ferendi testimonii jure potitam, exponendi quoque suum de persona eligenda desiderium, quod ex septem Diaconorum electione colligitur, (28) atque hanc disciplinam insequentibus sæculis viguisse. Ex quo tamen Ecclesiasticam auctoritatem, ac potestatem penes populum fuisse, neminem, qui sanæ mentis sit, illaturum existimo, cum jus illud non divinum, sed Ecclesiasticum fuisse multis argumentis evincatur.

## §. VIII.

**A**D Apostolicam hoc sæculo disciplinam *bonorum primitus communionem* refert *Bonorum* Fridericus *rum* Spanhemius. (29) At vero *commu-* Moshemius nihil *nio.* absurdus esse dicit eorum opinione, qui sentiunt primos Christi Fideles omnia sua bona in commu-  
ne

(27) Hist. Eccl. Sec. I. p. II. C. II. n. III.

(28) Act. Apost. C. VI.

(29) Hist. Christ. Sec. I. C. IX. n. III.

ne abdicasse, ut simul ex communi viverent: (30) Lucam vero de mutua inter ipsos beneficentia ad cujusque inopiam sublevandam paratissima intelligendum esse. Nemo autem est, qui non videat, quid sit, cur Moshemius, aliique Protestantes illam bonorum communionem in nascentis Ecclesiæ incunabulis temere inficientur, ne scilicet communem Monachorum vitam ad Apostolicæ vitæ exemplum institutam esse fateantur. Dicam igitur, absque ullo partium studio, quid ex Luca verum esse videatur. (31) Nemini quidem de artissimo charitatis vinculo ac de mutua inter primos Christi fideles beneficentia dubium esse debet; extitisse etiam, qui omnia bona sua in commune traderent, ut ex hac bonorum communionem viverent, & quorum non exigua fuerit multitudo, res est æque certissima: omnes vero, vel in ipsa Hierosolymitana Ecclesia, ad hanc communem vitam se contulisse incredibile est, imo & impossibile. (32) Nullum denique præceptum erat, quo ad bona sua abdicanda, ac ad communem illam vitam amplectendam adstringerentur.

## §. X.

Jejunium.

**C**irca jejunii disciplinam Moshemius fatetur, hoc sæculo Discipulos orationi jejunium quandoque adjunxisse, quod tamen nulla lege præceptum existimat: repetendum quidem a priscis temporibus *ante-paschale* jejunium; sed certo non sciri,

(30) Sec. I. part. I. C. IV. n. V. | (32) Vid. Estium in illa Act.  
 (31) Act. Apost. C. II. 44. | C. II. & IV.  
 C. IV. 32.



( 15 )

ri, quot tunc essent dies jejunio consecrati, & utrum primo Ecclesiæ sæculo observatum fuerit. (33) Hanc autem cæterorum Protestantium, imprimis Dallæi, sententiam esse nemo nescit, qui, ut efcis nulla moderatione indulgeant, & sese a jejunandi lege eximant, *Quadragesimale* jejunium non Apostolicis temporibus, sed sub papali, ut ipsi loquuntur, tyrannide institutum fuisse contendunt. Verum ante-paschalis, ut dicitur, jejunii observantiam ab Apostolorum ætate originem duxisse ex Irenæo, (34) Tertulliano, (35) atque ex aliis Patribus facile deprehenditur. Quanquam vero quot dierum illud jejunium fuerit, certo definire non audeam, tamen cum animadvertam quarti, & quinti sæculi Patres de quadraginta diebus jejunio consecratis agere, quos non sua primum ætate, sed præcedentibus sæculis institutos, atque observatos supponunt, facile adducor, ut tot circiter dierum jejunium jam a primo Ecclesiæ sæculo observatum fuisse probabilius credam. Hoc etiam priscis temporibus, liberæ observationis fuisse Dallæus imperite asserit.

CA-

(33) Hist. Eccl. Sæc. I. part. II. Cap. IV. n. X. Pontificem apud Eusebium Lib. 5. Hist. Eccl. Cap. 24.  
 (34) Ep. ad Victorem R. (35) Lib. de Jejunis. Cap. 2.

## C A P U T III.

*De doctrina primi sæculi hodie a Protestantibus rejecta.*

## §. I.

*Doctrina de Justificatione.*

**R**Ecte Spanhemius de doctrina, quæ Apostolica ætate viguerit, ex Apostolicis scriptis, necnon ex traditione (1) iudicium ferendum esse existimat. (2) Iis igitur prætermisissis, de quibus nulla nos inter, & Protestantes controversia movetur, ad cætera deveniamus. Quem esse arbitror, qui nesciat, religionis pseudoreformatæ Apostolos, articulum de *justificatione* hominis, tanquam præcipuum reformationis suæ fundamentum posuisse, Catholicorum doctrinam, ad impium facinus excusandum, de gravissimo errore postulantes? Verum aurea hac ætate, Apostolorum scilicet temporibus, ii turpiter errare credebantur, qui hominem, per solam fidem, sine operibus, *justificari* posse docebant, quod ex epistola Jacobi, secunda Petri, prima Joannis, & una Judæ apertissime evincitur. (3) Huic autem errori cum Augustino, (4) & veterum multis occasionem dedisse credimus non nulla in Epistolis Pauli, teste Pe-

(1) Juxta Spanhemium ea tantum vera traditio est, quæ Apostolicis literis scripta. Hist. Christ. Sec. I. C. IX., in quo mihi delirare videtur.

(2) Citato loco.

(3) Augustinus ad hunc quotantum errorem confutandum scriptas censet lib. de fide, & op. C. 14. & lib. LXXXIII. QQ. q. 76.

(4) August. citato loco.



Petro, difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles depravant. (5) Fuit igitur hoc sæculo eadem, quæ nunc est Catholicorum de justificatione doctrina, videlicet præter fidem necessaria esse bona opera ad hominis justificationem.

§. II.

**Q**uia vero Apostolus passim prædicabat, nihil ex nobis esse, quod sine gratia ad justitiam conduceret, hinc dictum illud ejusdem Apostoli ad Rom.: *Justificati gratis per gratiam, &c.* (6) non de bonorum operum exclusionem, sed de gratiis justificationem prævenientibus, quas nullis nostris operibus merere possumus, rectissime intelligebant. Atque exinde est quod Catholica docet Ecclesia (7) *neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum.*

*Quo sensu Apostolum intelligerent dicentem: Justificati gratis, &c.*

§. III.

**N**emo etiam est, qui non videat in Apostolicis scriptis ita de justificatis hominibus sermonem institui, ut renati, ac regenerati dicantur, novæ creaturæ, novi homines, novo spiritu, ac novo corde donati, templum denique Spiritus Sancti. (8) Hæc autem, quomodo per solam impu-

*Justificatio per inherentem justitiam.*

C

ta-

(5) Ep. II. Petri. C. III. v. 16.  
(6) Cap. III. v. 24.  
(7) Trident. Synodus Sec. VI. Cap. 9.

(8) I. ad Corinth. VI. 11. ad Titum III. 5. ad Ephes. I. 13. I. ad Corinth. VI. 19. ad Rom. VIII. 15.



tationem justitiæ Christi fiant , intelligi profecto non potest , nisi inhærentem justorum animis justitiam , & caritatem admittamus. Consequens etiam est , in *justificatione* impii peccata non modo tegi , ut novi Apostoli temere , & pertinaciter defendunt , sed a Deo vere remitti : ex quibus conficitur , non Protestantium , sed Catholicorum de *justificatione* doctrinam cum Apostolica convenire , in quorum certe sententia sanguinis JESU Christi pretium non minuitur , sed extollitur , non extenuatur , sed mirifice adaugetur.

*Extollitur pretium sanguinis. J.C.*

## §. III.

**N**Ecessitatem quoque bonorum operum hoc Apostolico sæculo cognitam fuisse ex Evangelicis exhortationibus , promissionibus , minis , nec non Apostolicis monitis , quis non rectissime concludat ? Ex quo etiam regnum cælorum a JESU Christo merces diceretur , ( 9 ) corona justitiæ ab Apostolo , ( 10 ) ex quo JESUS CHRISTUS , atque idem Apostolus unicuique secundum opera reddendum esse pronuntiaverint , ( 11 ) quis ea ætate de bonorum operum merito dubitaret ? Nos autem , qui eximio Dei immortalis beneficio Catholici sumus , & nominamur , Apostolica ista doctrina magnopere gloriamur. Neque video , quid in ea sit Christo injuriosum , superbiæ , atque arrogantia , ut Protestantes aiunt , plenissimum , si cum Augustino dicamus , eum sua dona coronare , qui merita

*In Jesu Christo unice gloriantur.*

( 9 ) Matth. C. V. 12. Luc. VI. 23.

( 10 ) II. ad Tim. IV. 8.

( 11 ) Matth. XXIV. 34. ad Rom. II. 6.



ta nostra coronat. Cum igitur merita nostra Dei dona esse credamus, juxta hanc doctrinam consequitur, nihil ex nobis esse de quo oporteat gloriari, nisi tantum in JESU Christo.

§. V.

**D**OCTRINAM de satisfactione a Catholicis traditam, isto etiam seculo, viguisse ex Apostolica praxi invicte demonstratur, (12) nec non ex traditione, juxta Augustinianam regulam, quod ubique, quod semper &c. (13) a Vincentio in *Com- monitorio*, & ab ipso Spanhemio laudatam, quam postremus iste ei aliquid de suo temere adjiciat. (14) Quis enim est, qui ignoret, quanta veteres de *satisfactionis* operibus unanimi consensione scriptis tradiderint? Quæ cum semper, & ubique obtinuerint, nec conciliis originem debeant, Apostolica auctoritate tradita rectissime credimus? (15) Atque hæc non tantum ad publicum emanationis testimonium Ecclesie exhibendum, ut Protestantibus placet, verum etiam ad redimenda peccata, atque ad veræ satisfactionis exhibitionem instituta fuisse, aperte, atque evidenter demonstratur, tum ex divina Novi Fœderis auctoritate, cum ex Veterum, qui ad Apostolica tempora proxime floruerunt, testimoniis, ex Tertulliano nimirum, (16) Cypriano, (17) & cæt.

*Satisfactio pro peccatis.*

C ii

§. VI.

( 12 ) Nemo enim nescit, primis Ecclesie seculis impositas peccatoribus pœnitentias.

( 13 ) Lib. IIII. de Bapt. cont. Donatist. Cap. 24. *Quod univ-ersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, &c.*

( 14 ) Nimirum, quod Apostolicis literis contineri debeat *Hist. Christ. Sec. I. Cap. 9.*

( 15 ) Ex memorata August. Regula.

( 16 ) Lib. de Pœnitentia.

( 17 ) Lib. de Lapsis.

## §. VI.

*Satisfactio post mortem. Expiationis locus, sive Purgatorium.*

**N**on tantum in hac misera vita, verum etiam in altera post mortem *satisfactioni* locum fuisse docuerunt primi illi, ac Sanctissimi Christianæ Religionis præcones, nec non Ecclesiasticis precibus adjuvari eos, quibus aliquid post mortem eluendum superesset. Quanquam vero sacris testimoniis luculenter ista demonstrantur, (18) aliud tamen e traditione petitur hujus veritatis invictum, atque insigne argumentum, juxta memoratam Augustini Regulam. (19) Quid enim, jam inde ab exordio nascentis Ecclesiæ, maiori consensione veteres tradiderunt? (20) Quod cum a Protestantibus minime negari possit, nec etiam a quibus, vel quando hæc dogmata invec̄ta fuerint, ullo modo assignari; contra vero constanter, & ubique in Ecclesia obtinuerint, fateantur, necesse est, ab Apostolis fuisse accepta. Atque hæc est, quam Catholici de *Purgatorio* doctrinam profitentur, quin de nomine controversiam excitari velint.

## §. VII.

(18) Nihil illo testimonio apertius ex Machab. Lib. II. Cap. 12., quod adversarii frustra eludere conantur, Machab. Libros ex Canone rejicientes.

(19) Lib. III. de Baptismo cont. Donatist. Cap. 24.

(20) Auctor Lib. de Eccl. Hier. Cap. 7. Tertullianus L. de Corona. Cap. 3., Lib. de Monog. Cap. 10., Cyprianus Ep. 66., Origenes, Arnobius, Cyrillus Hierosol., cæteri.



§. VII.

**Q**UOD a JESU Christo instituta fuerint Sacramen-  
 ta, Catholicos inter, & Novatores validissime  
 disceptatur. Moshemius duplicem tantum ri-  
 tum, in Ecclesia perpetuo permansurum, a JESU  
 Christo institutum fuisse narrat, *baptismum*, scili-  
 cet, & *Cenam*. (21) Atque hæc communis est, ma-  
 gisque recepta Protestantium sententia. Nos ve-  
 ro septem admittere Sacramenta, quæ a JESU Chri-  
 sto instituta fuisse credimus, atque hoc Apostolico  
 sæculo recepta, sacra cogit Novi Fœderis auctori-  
 tas, atque omnium Ecclesiarum, jam inde ab  
 Apostolis, ad nos usque delata traditio. (22)  
 Nihil autem est, cur nos vel levissime moveat in-  
 firma illa Protestantium argutatio, nihil videlicet  
 apud veteres de septenario Sacramentorum nume-  
 ro adinveniri, cum de hoc numero, quemad-  
 modum de duobus tantum, aut tribus admitten-  
 dis, nulla fuerit antiquitus excitata quæstio. Suf-  
 ficit, si ab antiquis Patribus, modo de iis, modo  
 de illis, pro oblatis occasionibus, facta mentio in-  
 veniatur, atque ex eis septenarium numerum con-  
 ficere valeamus.

Septem  
 Sacra-  
 menta a  
 Jesu  
 Christo  
 institu-  
 ta.

§. VIII.

(21) Hist. Eccles. Sæc. I. p. II. Cap. III. n. I.

(22) Sine dubio tenendum est, inquit Tertullianus lib. de Præscript. Cap. 21. quod Ecclesiæ

ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit. Ecclesias autem inter se convenire in Sacramentorum numero, in certamine demonstrabimus.

## §. VIII.

Baptis-  
mus  
parvu-  
lorum.

**B**aptismum a Christo Opt. Max., tam pro adultis, quam pro parvulis institutum, si Anabaptistas excipimus, nos inter, & Protestantes convenit: hi vero, ut hoc de parvulis demonstrent, videant, quam necessarium sit ad traditionis præsidium confugere, propterea quod in Sacris literis nec expresse, nec perspicue inveniantur. Revera Apostolos tam adultos, quam parvulos baptizasse credendum est, a quibus hanc consuetudinem accepimus, Augustino dicente: *Hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit: hoc a maiorum fide percepit.* (23)

## §. VIII.

Sacra-  
mentum  
Confir-  
matio-  
nis.

**S**acramentum, quod *Confirmationem* dicimus, ab Apostolis administratum fuisse, quidquid Dalæus effutiat, ipsorum Apostolorum acta testantur. (24) Manus quidem ab Apostolis frequenter impositas negare non potest Spanhemius, testante Actuum Apostolorum Libro. Id vero inter ritus, de quibus nullum mandatum extaret, vel siquod esset, non tamen *perpetuum illud & universale*, referendum existimat. (25) Profecto manuum impositionem Apostolos frequenter adhibuisse, ut Christi Fideles Spiritum Santum acciperent, velint, nolint, Protestantes nobiscum fateantur, necesse est.

Hoc

(23) Serm. X. de verbis  
Apost. nunc 176. n. 2.

(24) Cap. VIII., & Cap. XIX.

(25) Hist. Christ. Sec. I. Cap.  
IX.



( 23 )

(26) Hoc autem ritu Apostolos Spiritum Sanctum in Fideles descensurum credidisse absque Christi instituto, ex quo, licet præceptum expressum non esset, illud tamen necessario inferrent, nemini, meo iudicio, absque temeritatis, atque amentia nota persuasum esse poterit. Perpetuum vero, atque universale fuisse illud præceptum, unde apertius, atque evidentius demonstrabitur, quam ex perpetua, atque exploratissima traditione, nec non omnium Ecclesiarum, jam inde ab Apostolicis temporibus, consuetudine? (27)

## §. X.

**A**N vero Apostoli, in hoc administrando Sacramento, manuum impositione tantummodo, an etiam *Chrismate* uterentur, ex Apostolorum actis minime constat, cum nulla ibi de *Chrismate* mentio instituat. Illud pro certo est, in utraque Ecclesia tam Græca, quam Latina, *Chriftatis* usum antiquissimum esse, de quo ex Latinis, Tertullianus, (28) Cyprianus, (29) Cornelius Romanus Pontifex, (30) Ambrosius, (31) Augustinus, (32) Leo M., (33) alii, ex Græcis vero Irenæus, (34) uterque Cyrillus Jerosolymita-

*Usus  
Chriftatis.*

(26) Patet ex memoratis Cap. Act. Apost.

(27) De hac traditione in sequenti Thesi,

(28) Lib. de Baptismo. C. 7.

(29) Ep. 73. ad Jubajanum.

(30) Apud Eusebium Lib. VI. Hist. Eccl. Cap. 43.

(31) De Myst. Cap. 6. Lib. 2. de Sacram. C. 7.

(32) Lib. 2. Cont. Lit. Petiliani. Cap. 104. & aliis in locis.

(33) Ep. 88. & Serm. X. de Nativit.

(34) Lib. I. Cont. hæres. C. 18, & Lib. IV. C. 38.



tanus, (35) & Alexandrinus, (36) Theodoretus, (37) Laodicensis Synodus, (38) nec non Constit. Apostolicarum, atque operis de Ecclesiastica Hierarchia auctores antiquissimi, (39) tanquam de re a Patribus accepta loquuntur. Quæ cum ita sint, nec reperiatur, a quo, vel a quibus hujusmodi consuetudo inventa fuerit, aut instituta, eam Apostolica auctoritate traditam rectissime credimus. (40)

## §. XI.

*Eucharistia.  
Jesu Christi  
presentia.*

**D**E Eucharistiæ Sacramento, quid primo Ecclesiæ sæculo Christi Fideles crediderint, exploraturus, ea tantum, de quibus infensissimi Ecclesiæ hostes nobis certamen indicunt, ex sacris scriptoribus, atque ex vera, & legitima traditione examinanda suscipiam. Primum vero quem ignorare arbitrer apertissima illa, ac celeberrima JESU Christi Eucharistiam instituentis verba, *hoc est Corpus meum*, (41) in quibus etiam si eæ solæ Sacrarum *Scripturarum* interpretandarum regulæ ab adversariis probatæ attendantur, nullum adesse tropum apertissime invenies, quidquid pertinacissimi hostes præfractæ, temere, & audacter opponant? Quem fugiunt Joannis, (42) & Pauli luculentissimæ auctoritates, (43) ex quibus, quem-

ad-

(35) Catach. 8. Mystag.

(36) In Joelem ad ea verba, *Redundabunt torcularia vino, & oleo.*(37) In Cantica exponens ea verba, *Unguentum effusum nomen suum.*

(38) Canone. n. 48.

(39) Primus Lib. 3. C. 16, alter Cap. 2.

(40) Juxta Augustini Regulam Lib. IV. de Bapt. C. 24.

(41) Math. C. XXVI. 26. Marc. XIV. 22. Luc. XXII. 19.

(42) Cap. VI.

(43) I. ad Corinth. C. XI.



admodum ex superius allata , aperte evincitur , in Eucharistia vere JESU Christi Corpus , & sanguinem contineri ? Hæc igitur fuit illo sæculo , de Eucharistiæ Sacramento doctrina , cum eam fuisset credamus , quam JESUS Christus , & Apostoli prædicarunt , quam præterea , tribus primis Ecclesiæ Sæculis , Patres tradiderunt , Ignatius , ( 44 ) Justinus , ( 45 ) Irenæus , ( 46 ) Tertullianus , ( 47 ) Cyprianus , ( 48 ) .

§. XII.

**C**UM vero JESUS Christus præ manibus panem , & vinum habens , istæc ipsa corpus suum , & sanguinem esse diceret , atque in iis verbis , ut jam diximus , tropus esse non possit , repugnet autem eandemmet substantiam simul esse panem , & verum Corpus Christi , simul vinum , & verum sanguinem , consequens necessario est , ut illa panis , viniq; substantia , quam JESUS Christus præ manibus habebat , in ejus corporis , sanguinisque substantiam converteretur . Utrum vero , primo hoc sæculo , JESU Christi verba sensu a me exposito accepta fuerint , an ita primi illi Christi Fideles crediderint , dicant , quæso , adversarii , unde melius , quam ex antiquissimorum scriptorum , quos præcipua Apostolicæ doctrinæ capita latere mini-

*Transsubstantiatio.*

*De nomine inanis contentio , cum de re constat.*

D me

( 44 ) Ep. ad Smyrnæos , & in aliis .  
 ( 45 ) Apologia ad Antoninum .  
 ( 46 ) Lib. I. Cap. 13. Lib. III. Cap. 17.

( 47 ) Lib. III. cont. Marcionem Cap. 40. Lib. de Resurrectione carnis Cap. 8.  
 ( 48 ) Lib. de lapsis , Ep. 63. & Ep. 54.



me potuerunt, unde, inquam, melius, quam ex istorum sententiis dignosci poterit? Præclarum autem, minimeque dubium est, ut alios præmittam, Ignatii Martyris testimonium, (49) nec non Nysseni aperte asserentis panem εἰς σῶμα τῆς θεοῦ λόγῳ μεταποιεῖσθαι, (50) ac Cyrilli affirmantis, ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος ἐκ ἄρτος ἐστίν. (51) Itaque cum de re constet, ridicula, inutilis, ac profus vana est de *Transubstantiationis* nomine concertatio.

## §. XIII.

*Communionio sub utraque specie.*

**Q**Uoad communionem Sub utraque specie, hoc Sæculo, in usu fuisse quemadmodum insequentibus, usque ad duodecimum Catholici non solum ingenue fatentur, sed etiam demonstrant, neque est, cur adversarii in hujus rei demonstratione tantum olei, atque operæ perdant. Sed hanc consuetudinem utramque speciem accipiendi non ita necessariam veteres crediderunt, ut non quandoque unam tantum speciem & acciperent, & distribuerent, quod innumeris prope argumentis, atque utriusque Ecclesiæ, tam Græcæ, quam Latinæ, exemplis aperte demonstratur. Ad solam igitur disciplinam spectat vel utramque, vel unam tantum speciem accipere: Romana vero Ecclesia ad adversariorum arrogantiam comprimendam, jure optimo, ut una tantum distribuat, statuit.

## §. XIII.

(49) Ep. ad Smyrnæos.

(50) Cap. 37. Orat. Catechetica.

(51) Catech. III.



§. XIII.

**I**N Eucharistia quoque verum, ac proprium Sa-  
 crificium Deo offerri hujus sæculi doctrinam  
 fuisse sustinemus. Atque hoc, frementibus Protes-  
 tantibus, affirmare cogimur, proptereaquod ita  
 primis Ecclesiæ Sæculis veteres crediderint, atque  
 hoc sensu apertissime sacrorum Codicum testimonia  
 exposuerint, Justinus, (52) Irenæus, (53) Cy-  
 prianus, (54) Chrysofomus, (55) Hieronymus,  
 (56) cæteri. Quod cum primis illis aureis Sæ-  
 culis, nec non sequentibus omnibus fuerit pers-  
 picue, constanter, & ubique traditum, cum egre-  
 gia utriusque Fœderis testimonia huic doctrinæ  
 consonent, (57) cum non appareat humana institu-  
 tio, si toties a me laudatæ Augustini regulæ fi-  
 des habenda est, (58) temeritatis, pervicitiæ,  
 atque amentię monstrum erit, id hodie in dubium  
 revocare.

*Sacrifi-  
 cium Eu-  
 charisti-  
 cum ve-  
 rum, ac  
 propri-  
 um.*

§. XV.

**P**œnitentiæ Sacramentum a Jesu Christo insti-  
 tutum agnoscimus illis verbis: *Accipite Spi-  
 ritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remit-  
 tuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt,*  
 (59) idemque Apostolorum ætate traditum quis  
 D ii non

*Pœni-  
 tentiæ  
 Sacra-  
 mentum.*

(52) Apolog. ad Antoni-  
 num.  
 (53) Lib. III. Cap. 32.  
 (54) Ep. 63. ad Cæcilium.  
 (55) Hom. 24. in I. Epist.  
 ad Corinth.  
 (56) Lib. 3. Dialogi adver-  
 sus Pelag.

(57) Gen. Cap. XIV. 18.  
 Pl. 109. 5. ad Hebræos Cap.  
 VII. Luc. 22. v. 19.  
 (58) Lib. III. de Bap-  
 Cap. 24.  
 (59) Joan. Cap. XX. v.  
 22. 23.



non fateatur? Tertullianus enim, (60) Cyprianus, (61) Chrysoſtomus, (62) Cyrillus Alexandrinus (63) Ambroſius, (64) cæteri, qui de pœnitentia, tanquam Sacramento loquuntur, unde, quæſo, hanc doctrinam, niſi a maioribus ſuis, ii que ab Apoſtolis acceperunt? Præterea cum omnes Eccleſiæ perpetua, atque unanimi conſenſione Sacramentalem, ut aiunt, Pœnitentium abſolutionem hætenus agnoverint, (65) ita ut adverſarii oſtendere nequeant, quis primus, ſive apud Orientales, ſive apud Occidentales, Sacramentum iſtud invexerit, Apoſtolica auctoritate traditum, recte concluditur.

## §. XVI.

*Peccatorum con-  
feſſio ne-  
ceſſaria.* **D**E *Sacramentali* Confeſſione, *auriculari*, ut vocant, idem affirmamus. Moſhemius ipſe ex Jacobi Episto. Cap. 5. peccatorum confeſſionem Apoſtolorum ætate viguiſſe fatetur: (66) Pfaffius etiam ex Tertulliano, & Cypriano, primis Eccleſiæ temporibus privatae confeſſionis uſum negare non audent, quam tamen ab *auriculari* præfracte, temere, & nugatorie diſtinguit, ne in Pontificiorum ſententiam, ut ipſe fatetur, deſcendere videatur: (67) Profecto antiqui Patres *ἐξομολογησιν*, id eſt, *peccatorum confeſſionem*, tanquam neceſſariam, & a maioribus acceptam prædicant, ex quibus

(60) De Pœnit. Cap. 7. & 9.  
(61) Lib. de Lapsis.  
(62) Lib. 3 de Sacerdotio Cap. 5.  
(63) In Cap. XX. Joan.  
(64) Lib. I. de Pœnit. Cap. 2.  
(65) De Orientalibus teſtan-  
tur Jobus Monachus, Simeon

Theſſalon., Hieremias Conſt.,  
Gabriel Philadelph., Gregorius  
Hieromonachus.  
(66) Hiſt. Eccl. Sæc. I. p. II.  
Cap. III. n. IX.  
(67) Orig. juris Eccl. III. art. 3.



bus Leo Magnus de secreta confessione Sacerdoti, ad peccatorum veniam obtinendam, necessario facienda, apertissimum, invictum, nullisque adversariorum machinamentis labefactandum reliquit testimonium. (68) Pudeat igitur Protestantes impudentissimi, splendidissimique mendacii, quo Innocentium III. primum hujus confessionis institutorem faciunt. Quis enim ita rudis, & omnino plumbeus sibi persuadeat, potuisse in Universali Concilio, (69) sub illo Romano Pontifice, novum istud, & gravissimum onus, nemine reclamante, institui?

## §. XVII.

**I**Nfirmorum unctionem primo hoc Sæculo usitam Spanhemius, (70) & Moshemius (71) ex Jacobi Ep. C. 5., cum antesignanis Luthero, (72) & Calvino, (73) necnon Protestantium doctissimis ingenue fatentur; sed inter ritus minime universales, & perpetuos recensendam, nec Sacramenti rationem habuisse contendunt. Ego vero quid in hac unctione ad veri Sacramenti rationem desit, non invenio: forma enim, & materia a Jacobo promulgatur, quæ a Presbytero adhibita peccatorum remissionem confert. (74) Deinde non ad certum tempus, sed in perpetuum institutam ejusdem Apostoli verba demonstrant; absolute

*Infirmorum unctionio.*

(68) Ep. 80. & in recentioribus editionibus 136.

(69) Lateran. Concil. sub Innocentio III.

(70) Hist. Christ. Sæc. I. Cap. IX.

(71) Hist. Eccl. Sæc. I. p. II. Cap. III. n. IX.

(72) Lib. de Captiv. Babilonica.

(73) Lib. III. Instit. Cap. 19.

(74) Ep. Jacob. Cap. V. v.

14. 15.

te enim ait , *Infirmatur quis in vobis ? Inducat Presbyteros Ecclesiae &c.* (75) Denique Origenes , (76) Chrysostomus , (77) Innocentius I. Pontifex Maximus , (78) Augustinus , (79) quorum ætate hujus Sacramenti usus certissime viguit , proptereaquod apertissimam ipsius mentionem instituant , unde , quæso , si non a Patribus , aut a communi Ecclesiae consensu & traditione acceperunt ?

## §. XVIII.

*Sacer  
Minif-  
trorum  
Ordo ,  
Sacra-  
mentum.*

**R** Itum quoque , sive *Ordinem* , quo Sacri Ministri initiantur , verum , ac proprium legis Evangelicæ Sacramentum esse , quemadmodum Romana docet Ecclesia , ab Apostolis traditum pro certo habemus. Primum enim in illis Ecclesiae exordiis quosdam fuisse Ministros , a cæteris credentibus segregatos , atque ad Sacramunia obeunda selectos multa ex Novo Fœdere evidenter ostendunt : (80) in istorum vero *Ordinatione* externum ritum , nempe *χειροτονίαν* , usurpatum fuisse , qui quidem gratiam conferret , nefas est in dubium revocare. (81) Deinde certissimum vel ipsis adversariis esse debet , Sacros ministros præsertim Episcopos , Presbyteros , & Diaconos a plebe sejunctos , in Epistolis Ignatianis ad Trallianos & ad Smyrnenses , nec non in Justinii Apologiis , ut  
alios

(75) Citato loco.

(76) Hom. 2. in Levit.

(77) Lib. 3. de Sacerdotio

(78) Ep. ad Decentium Cap. 8.

(79) In *Speculo* , non spurio illo in VI. tomi appendicem re-

legato , sed genuino altero tomi III.

(80) Act. Apost. Cap. VI. &amp; XIV. , Ep. ad Titum , utraque ad Timoth.

(81) Patet. ex I. ad Timoth. III. 14. ex II. Cap. I. v. 6.



( 31 )

alios prætermittam, commemorari, de quibus tanquam in Ecclesiastico *Ordine* per verum Sacramentum constitutis Veteres loqui, docent tam Græci, quam Latini, Nazianzenus, ( 82 ) Chrysoſtomus, ( 83 ) Tertullianus, ( 84 ) Cyprianus, ( 85 ) Augustinus denique ita expresse ut nihil luculentius desiderari possit. ( 86 )

## §. XIX.

**D**E matrimonio, quod postremo loco inter vera Sacramenta Romana connumerat Ecclesia, idem quoque ab Apostolorum ætate usque ad hanc nostram Catholicæ Ecclesiæ per suasum fuisse, quid apertius demonstrare poterit quam innumera majorum nostrorum testimonia, & universalis Ecclesiæ traditio? Ex quo enim JESUS Christus nuptiis Canæ interfuerit, illis antiqui Patres benedictionem, & gratiam addidisse crediderunt; præcipue vero ex Græcis, Cyrillus, ( 87 ) & Epiphanius, ( 88 ) ex Latinis, Tertullianus, ( 89 ) Ambrosius, ( 90 ) Augustinus, ( 91 ) ea de matrimonio tradidere, quibus verum Sacramentum credidisse perhibentur. Hanc autem doctrinam non ab eis inventam, sed a præcedentibus Patribus, aut ab Ecclesiæ consuetudine acceptam quis non fateatur? ( 92 )

*Matrimonium pro Sacramento habitum.*

## §. XX.

( 82 ) Orat. in Baptis. Christi.

( 83 ) Lib. 3. de Sacerdotio.

( 84 ) De Præscript. Cap. 40.

( 85 ) Ep. 33. &amp; 66.

( 86 ) De bono conjugali Cap. 13. &amp; contra Ep. Parmeniani Lib. 2. Cap. 13.

( 87 ) Ep. ad Nestorium ab Ephesinis Patribus confirmata, &amp; idem Lib. 2. in Joan.

( 88 ) Hæresi LXVII.

( 89 ) Lib. 2. ad uxorem, &amp; de Monogamia Cap. 5.

( 90 ) Lib. I. de Abraham Cap. 7.

( 91 ) De bono conjugali Cap. 24., &amp; Lib. I. de Nuptiis, &amp; concup. Cap. X.

( 92 ) Juxta memoratam Augustini Regulam Lib. III. de Bapt.

## §. XX.

*Sancto-  
rum cul-  
tus.*

**R**eligiosi cultus Sanctis exhibendi usum an a primo Ecclesiæ Sæculo debite repetamus, cum Justini Martyris, (93) Cypriani, (94) Eusebii Cæsariensis, (95) Basilii, (96) Nisseni, (97) Chrysofomi, (98) Cæterorumque fere omnium Patrum testimoniis apertissime comprobe- tur, iis judicandum relinquimus, apud quos non nihil valet veterum auctoritas, & qui eos hunc cultum non invexisse, sed ab aliis traditum acce- pisse animadverterint. Mihi quidem, ex tot, ac tantorum Patrum, qui primis illis Ecclesiæ Sæcu- lis florere, auctoritatibus, alte persuasum est, antiquam Ecclesiam, jam inde a primo Sæculo hunc cultum non modo licitum credidisse, verum etiam exhibuisse.

## §. XXI.

*Sancto-  
rum in-  
vocatio.*

**I**dem dicimus de ipsorum Sanctorum cum Chri- sto regnantium invocatione, quam Catholica Romana Ecclesia non modo permittit, sed etiam velut maxime utilem, & piam approbat. Præter- quam enim utriusque Fœderis testimonia & lici- tam & ab Ecclesiæ exordiis usurpatam demonstrent, si toties a me laudata veræ traditionis regula apud  
in.

(93) Apologia I.  
(94) Ep. 37.  
(95) Lib. IV. de Vita Conf-  
tant. Cap. 58.  
(96) Ep. 291.

(97) Orat. de S. Theodoro  
Martyre.  
(98) Hom. de S. Pelagia V.  
& M.



( 33 )

in genuos aliquid auctoritatis habet, idem ex Cypriano, (99) Origene, (100) Eusebio, (101) Basilio, (102) Hilario, (103) Cæteris evincitur. Præterea, si, ut Kemnitius, (104) Saxonica, & Wittembergensis confessio tradunt, Sancti pro Ecclesia in genere Deum orant, quin ideo injuria Christo fiat, quid, quæso, eos pro singulis orare prohibeat?

## §. XXII.

**F**uit ne etiam hoc Sæculo Religiosus cultus Sanctorum reliquiis exhibitus? Negat cum universo Protestantium, & pseud-reformatorum grege Spanhemius, (105) qui propterea Baronium vellicat, quod ex Pauli *Sudariis*, & *Semincinctiis*, quorum virtute ægri sanabantur, (106) existimet *Pauli Apostoli exemplo*, & *auctoritate*, *cultum Sanctarum Reliquiarum esse institutum, Stabilium*. Hoc Spanhemius vanissimum esse asserit. (107) Sed quis non demiretur hujus hominis, cæterorumque ejusdem furfuris incredibilem cæcitate? Tam ex hoc facto, quam ex aliis monumentis evincitur, jam a primo Ecclesiæ Sæculo Sacris reliquiis cultum fuisse exhibitum; ex quo etiam licitum esse demonstratur. Utrumque vero

*Sanctorum reliquiæ in honore, & pretio habitæ.*

E aper-

- |  |                             |
|--|-----------------------------|
| (99) Ep. 57.   | (104) In Examine Conc.      |
| (100) Lib. 8. Cont. Celsum.                            | Trid.                       |
| (101) Lib. XIII. Preparat.                             | (105) Hist. Christ. Sæc. I. |
| Cap. XI.   | Cap. XI. n. III.            |
| (102) Orat. in 40. Martyres.                           | (106) Act. Apost. C. XIX.   |
| (103) Ad illa Christi verba apud Math. Cap. 18. v. 10. | v. 12.                      |
|  | (107) Hist. Christ. Sec. I. |
|  | Cap. IX.                    |

aperte comprobat universæ Ecclesiæ perpetua, vetusta, nunquamque interrupta traditio, quæ Smyrnenfis, (108) & Hierosolymitanæ Ecclesiæ traditione fulcitur, (109) nec non Cyrilli Hierosolymitani, (110) Basilii, (111) Utriusque Gregorii, Nysseni, (112) & Nazianzeni (113) Chrysostomi, (114) Ambrosii, (115) Hieronymi, (116) Cæterorum denique luculentissimis testimoniis:

## §. XXIII.

*De usu,  
& cultu  
Sacra-  
rum  
imagi-  
num.*

**D**E Sacrarum imaginum in Ecclesia cultu, & usu, dicimus, ad hunc licitum demonstrandum, minime necessarium esse, ut ipsum a primo Ecclesiæ Sæculo, vel secundo, aut tertio repetamus. Nemo enim est inter Catholicos, qui non fateatur Sacras imagines ad Ecclesiasticam disciplinam tantum, non ad religionis necessitatem spectare. Id unum Ecclesiasticum dogma constituit, Sacrarum imaginum usum divina lege vetitum non esse, sed tanquam pium, & Christianis utilem merito approbari: istarum cultum nihil habere cum idololatria commune, cum non ipsa per sese imago, sed Christus, vel Sanctus coram imagine sua, aut in ea, vel per eam honoretur, quem-

(108) Ex Ep. Encyclica Smyrnenfis Ecclesiæ de martyrio S. Polycarpi, apud Eusebium Lib. 4. Hist. Eccl. C. 15.

(109) Ex Eusebio Lib. 7. Hist. Eccl. C. 19.

(110) Catech. 18.

(111) Hom. in Pf. 115.

(112) Orat. in 40. Martyres.

(113) Orat. III. quæ prima est contra Julianum.

(114) Orat. de S. Ignatio Martyre.

(115) Ep. 22. ad Marcellinam Sororem.

(116) Lib. contra Vigilantium.



quemadmodum Evangelii Codicem osculando, aut flexis genibus salutando, hunc, non illis apicibus ab homine exaratis, sed æternæ veritati, cultum deferimus. Quem vero nisi plane rudem, aut certe partium studio excæcatum esse arbitrer, qui hujusmodi cultum de superstitione, aut idololatria postulare audeat? Quanvis igitur primo, secundo, & tertio Ecclesiæ Sæculo imaginum usus valde infrequens fuerit, perperam exinde rejicietur, quem nec Veteri, nec Novo Fœderi, nec Patrum testimoniis repugnare demonstrabimus.

### §. XXIII.

**F**irmissimum Sacrarum traditionum argumentum, quod Catholica Romana Ecclesia ad religionis veritates demonstrandas approbat, usurpatque, approbatum quoque, atque usurpatum, jam inde a primo Ecclesiæ Sæculo, in eodem religionis negotio invenimus. Eas commendavit Apostolus, (117) eisdem tanquam invictissimo argumento usi sunt, post Ignatium Martyrem, Papiam, Polycarpum, (118) Irenæus, (119) Tertullianus, (120) Cyprianus, (121) Clemens Alex., (122) Epiphanius, (123) cæteri. Ego vero hujusmodi traditiones ita necessario admitendas esse arbitror, ut qui has rejiciunt, mihi

*Sacrae  
Traditiones.*

E ii

omnium

(117) Ep. II ad Thessalonicenses Cap. 2. v. 14.

(118) De his Eusebius Lib. 3. & 5. Hist. Eccl.

(119) Lib. 3. adversus hæreses Cap. 3.

(120) Lib. de Corona Cap.

3. & 4. Lib. de Carne Christi Cap. 2.

(121) Ep. 63.

(122) Lib. I. Stromat., & Lib. 6.

(123) Hæresi 60.

omnium hominum dementissimi videantur. Quæ enim, neglecta traditione, veteribus instrumentis fides? Qua ratione Sacros Libros a non sacris fecernes? Hæc Spanhemium vidisse credo, ideoque percelebrem illam Augustini Regulam (124) de Sacris traditionibus laudare compulsam. (125) Quod vero adjicit, ad criterium Apostolicæ traditionis necessarium esse, ut sit *Apostolicis literis scripta*, (126) risum movet: ob id enim Ecclesia, jam inde ab exordio, ad traditionem recurrendum censuit ut religionis veritates ex verbo Dei ore tradito, licet scriptum non esset, ostenderet.

(124) Lib. III. de Bapt. cont. Donatistas Cap. 24.

(125) Hist. Christ. Sæc. I. Cap. IX.

(126) Citato loco.



*Secundum Ecclesiae Seculum.*

C A P U T I.

*De Romanis Pontificibus. Quæ eorum auctoritatem, secundo Sæculo demonstrantia contigere.*

§. I.

**R**omanorum Pontificum, qui, secundo Sæculo, in Petri Cathedra sederunt, nomina posteritati scripta reliquerunt Irenæus, ( 1 ) Epiphanius, ( 2 ) Optatus, ( 3 ) Augustinus, ( 4 ) cæterique, quotquot de Romanis Pontificibus scripsere, vel catalogos concinnarunt. Id cum Spanhemius negare non possit, totus in eo est, ut istorum Pontificum Chronologiam valde implexam, & conturbatam esse ostendat, ( 5 ) quod a nobis ultro conceditur, maxime de primo, ut credimus, hujus Sæculi Pontifice Anacleto. Sed hoc Spanhemii videtur esse consilium, ut successionis a Petro derivatæ fidem imminuat; concludit enim, quod Ecclesiæ exordio Romanæ urbis Episcopatus non unius, sed plurium fuerit, donec ad unum tantum redierit, inde ab Evaristo, vel ab Alexandro: atque hanc sententiam, quam Pearsonio, & aliis displicuisse fatetur, ad tollendam

*De Romanis Pontificibus.*

*vs*

( 1 ) Lib. 3. Cap. 3.		( 4 ) Ep. 265. ad Generosum.
( 2 ) Hæresi. 27.		( 5 ) Hist. Christ. Sæc. II. in-
( 3 ) Lib. 2. cont. Parmenianum.		truditione, idemque præcedenti Sæculo Cap. XII. n. II.

dam inter veteres Chronologicam pugnam , necessario admittendam existimat. ( 6 ) Quis vero hæc vanissima esse non videat ? Primum enim quid Romanæ Ecclesiæ auctoritati derogat , si primorum Pontificum Chronologia obscura sit , atque implexa ? Quid si hic , vel ille expungi debeat ? De continuata serie , nunquamque interrupta successione ex veteribus aperte constat ; quid præterea requiritur ? Deinde in hac Ecclesia præter legitimum Episcopum alios Episcopos *συνεργῆς* extitisse nec affirmo , nec inficio ; verum omnes eodem Episcopatu simul fuisse potitos , itaut nullus divino jure cæteris præfuerit , in quo unius successio servaretur , inaniter , temere , audacter , atque absurde contra omnium veterum fidem affirmatur.

## §. II.

*Marcion a patre Episcopo expulsus ad R. Episcopum confugit.*

**R**omanam vero Ecclesiam , Romanumque Episcopum cæteris superiorem esse , hoc Sæculo , fuit pro certo habitum , ac plane exploratum , prout quædam facta luculenter ostendunt. Spanhemio enim fatente , Marcion Ponticus a patre Episcopo ob illatum Virgini stuprum ab Ecclesia ejectus Romam se contulit , ut a Romano Episcopo veniam facilius impetraret , ( 7 ) quam quidem historiam ab Epiphano traditam accepimus. ( 8 ) Quis vero ex hoc facto non sese statim adductum sentiat , ut credat , vulgarem per id ætatis fuisse doctrinam de Romani Episcopi supra cæ-

( 6 ) Hist. Christ. Sæc. II. |  
Cap. I.

( 7 ) Hist. Christ. Sec. II. C. VI.

( 8 ) Hæresi. 42.



cæteros potestate , ita ut , quos alii ligassent , Romanus solvere posset ? Profecto id credidit Marcion tanti iter incommodi suscipiens , se ad superiorem Judicem confugere , qui inferioris sententiam moderari posset. Hoc autem contigit , Epiphanio teste , Hygino Papa jam e vivis sublato ; ideoque , ut credimus , sede Vacante , Marcion Romanum Clerum adiit , ut ab eo in communionem reciperetur : cui iste respondit : *Nobis injussu venerandi Patris tui , istud facere non licet.* ( 9 ) Ex quibus verbis Natalis Alexander perperam concludit Marcionem ad Romanum Clerum tanquam ad superiorem Judicem minime confugisse ; dicta enim credimus , proptereaquod , ut ipse fatetur , ( 10 ) jam tum in Ecclesia lex illa vigeret , ut ab uno Episcopo ejectus , & anathemate percussus , ab aliis , illo inconsulto , nequaquam reciperetur. ( 11 )

§. III.

**V** Erum quanvis Marcion , ut Epiphanius refert , a Romanis Patribus absolutionem minime impetraverit , eam tamen , teste Tertulliano , ( 12 ) ab Eleutherio Summo Pontifice postea obtinuit , quod , non spectato patris consensu , factum fuisse credimus , cum Tertullianus , qui hanc veniam Marcioni ab Eleutherio concessam refert , hujus-

*Marcion a Romano Episcopo in communionem admis-*

jus-

( 9 ) S. Epiphanius Hæresi 42.

( 10 ) Hist. Eccl. Sec. II. Dissert. II. Art. III.

( 11 ) Hanc legem Canonem

Apostolicum vocavit Alexander Episcopus Alex. Ep. ad Alexandrum Const. apud Theodoretum Lib. I. Hist. Eccl. Cap. 4.

( 12 ) Lib. de præscript. Cap. 30.



jusmodi consensus non meminerit. Nec mirum, si Romanus ille Episcopus ita justis de causis ageret. Scio Tillemontium in ea esse sententia, Tertullianum memoria lapsum de Marcione communioni restituto dicere, quæ ille quidem de Cerdone intelligenda putat. Verum Tillemontius hanc suam opinionem conjecturis omnino contemnendis probare nititur. Tertullianus enim Marcionem ita clare describit, *Ponticum* dicens, ut de eodem, non de alio loquutum fuisse appareat. Alterum quoque in Tertulliano observat Spanhemius, nimirum quod male Eleutherium pro Aniceto usurpaverit: ( 13 ) Sed ut cumque se res habeat; nihil sane prohibet, quominus Marcionem a Romano Episcopo in communionem admissum credamus.

§. III.

**J**Am hoc Sæculo exortæ maximi ponderis controversiæ, etiam in celebrioribus Ecclesiis, ad Romanam deferebantur, ut, quid ipsa sentiret, in religionis negotio declararet. Atque hoc præclare ostenditur, ex quo egregius ille Smyrnenfis Episcopus, ac Martyr Polycarpus, Romanum Pontificem Anicetum adeundum censuerit, ut circa ritum celebrandi Paschatis illius sententiam exquireret. ( 14 ) Cur vero, nisi quia præcellentem illius Ecclesiæ auctoritatem agnoscebat, quæ non a prærogativa imperantis urbis, ut absurde Spanhemius multis in locis, sed a præclaro

*Polycarpus Romanam venit ob questionem de die Paschatis.*

( 13 ) Hist. Christ. Sec. II. Cap. VI.

( 14 ) Eusebius Lib. 4. Hist. Eccl. Cap. 13.



( 41 )

ro Auctore originem traheret? Sed Anicetus Polycarpo persuadere non potuit, ut Asiaticarum Ecclesiarum morem, Pascha Luna 14, cum Judæis celebrantium, abjiceret: nec tamen inter ipsos ullum propterea dissidium extitit: (15) ac facile excusandus Polycarpus, tum quod illa controversia ad disciplinam, ut credimus, spectaret, tum quia nondum Universalis Concilii judicio definita fuerat.

§. V.

**V** Erum ista quæstio de die, quo Pascha celebrandum esset, sub Victore Romano Pontifice, jam secundo Ecclesiæ Sæculo ad finem pro-  
Questio de die Paschæ inter Asiaticos, & Victorem R. Pontif.  
 perante, vehementius exarsit. Hinc Summus Pontifex Romanæ Ecclesiæ consuetudinem Pascha die dominico celebrantis amplectendam decernebat, il-  
 linc Polycrates Ephesus, alique Orientales Episcopi pro antiquo suarum Ecclesiarum more acerrime decertabant. Factum denique, ut Victor in Asianos Episcopos Romanæ Ecclesiæ consuetudinem observare renuentes animadvertendum censeret, quos, ut ait Eusebius, (16) ἀποτέμνειν τῆς κοινῆς ἐνωσεως πειραταί, *datisque literis, in eos graviter inhibetur*, ἀκοινωνητῆς ἀρδην πάντας τῆς ἐκεῖσε ἀνακηρυττων ἀδελφῶς. Quid vero ex his verbis inferendum putabimus? Mihi quidem ex eis Victorem Asianis Episcopis anathema non modo minitatum fuisse, sed re ipsa pronuntiasse probabilius videtur: brevi tamen, Irenæo interveniente, communicatio resti-  
 F tu-

(15) Eusebius Lib. 5. Hist. Eccl. Cap. 24.

(16) Lib. 5. Hist. Eccl. Cap. 24.



tuta est. Hæc autem *communio prohibita a Victore intentata*, inquit Spanhemius, (17) *facti fuit, non juris*: dicit, sed non probat. Certe quidem ex tota hac agendi ratione concluditur, Romanum Præsulem in Asianos supremam potestatem exercuisse: nec legimus Irenæum, cæterosquæ Episcopos latam a Victore sententiam propterea improbasse, quod illam ferendi nullum ei jus, nulla esset auctoritas. Ex quo autem Asiani Episcopi Victoris decreto obsisterent Moshemius inscite nugatur, maximum ex hoc facto adversus supremam Romani Præsulis auctoritatem argumentum deduci; (18) quisquis enim partium studio excæcatus non fuerit, contrarium ex ipsa historia facile deprehendet.

## §. VI.

*Legatio  
Irenæi  
Martyrum  
Lugdunen-  
sium no-  
mine.*

**T**Andem ut omnino pateat, hoc Seculo firme creditum, servandam esse cum Romana Ecclesia unionem, & graviores causas, non ad aliam, quam ad Apostolicam sedem deferendas, prætermittenda non est Irenæi ad Eleutherum legatio, Martyrum Lugdunensium nomine, ob quasdam Ecclesiæ quæstiones, ut Eusebius ex ipsorum Martyrum Epistola ad Eleutherum data, testatur. (19) Sive vero Irenæus has literas Romam detulerit, sive, Photini Episcopi Lugdunensis morte interveniente, id præstare non potuerit, de quo Spanhemius sub iudice litem esse dicit, (20) nostra

(17) Hist. Christ. Sæc. II. Cap. XIII.	(19) Lib. 5. Hist. Eccl. C. 4.
(18) Hist. Eccl. Sæc. II. p. II. Cap. III. n. XI. not. C. 4.	(20) Hist. Christ. Sæc. II. C. IX. n. III.



nihil interest; fatis enim est, si Lugdunenses Martyres, ad Ecclesiasticas quæstiones definiendas, non alium, quam Eleutherum Romanum Pontificem, datis literis, adeundum censuerint. Profecto tot exempla virorum hac ætate ad Romanam Sedem confugientium, vel ipsam consulentium, divino aliquo dono supra cæteras eminentem credidisse demonstrant.

## C A P U T II.

*Potestas Ecclesiastica in quibus resideret. Ecclesiastica Hierarchia. Quædam ad disciplinam spectantia.*

### §. I.

**R**omani Pontificis dignitatem ex hoc Sæculo Moshemius repetendam esse existimat; (1) Spanhemius etiam Romanos hujus Sæculi Episcopos jam tum *ordinis prærogativa ob urbis illam, tum adhuc dominantis*, eminuisse agnoscit, *potestate autem in reliquis Ecclesiis nulla*. Sed uterque nugas agit. Romani Præfulis dignitatem a præcedenti seculo, scilicet a Petro Apostolo repetendam, alio in loco diximus: cognitum vero hoc seculo, hanc dignitatem non tantum esse *Ordinis* propter urbis prærogativam, sed etiam supremæ in cæteras Ecclesias potestatis, ex Victoris facto aperte evincitur: quis enim unquam aliarum urbium Epif-

*Romani Episcopi auctoritas. Notantur Moshemius, & Spanhemius.*

F ii co-

(1) Hist. Eccl. Sec. II. part. II. Cap. II. n. III.

(2) Hist. Christ. Sec. II. Cap. V. n. IV.

copus id sibi in alterius civitatis, aut provinciæ Episcopos agendum arrogasset? Ita etiam eximius ille hujus ætatis Pater Irenæus credidisse perhibetur, qui Romanæ Ecclesiæ *potentio*rem tribuit *principalitatem*, ( 3 ) cujus sententiæ si Spanhemianam explicationem animadverteritis, *risum teneatis amici?* ( 4 ) Ita etiam Tertullianus; ( 5 ) quamquam enim factus Montanista Romanum Episcopum, *Pontificem Maximum, & Episcopum Episcoporum* *ἐπισκοπικὸς* dixisse videatur, ( 6 ) hoc tamen indicat jam tum a Catholicis ita fuisse communi consensione, & suffragio nominatum.

## §. II.

*Episcoporum jura.*

*Notatur Mosheimius.*

**E**O etiam processit Mosheimii vel inscitia, vel malitia, ut affirmare non erubescat, jam ex hoc Sæculo Episcopos Christiani populi jura, ea scilicet, quæ ad Ecclesiam administrandam necessario requiruntur, ut pote ferendarum legum ad fidem, moresque spectantium, paulatim usurpasse. ( 7 ) Sed quibusnam hanc potestatem a JESU Christo concessam credemus? Ad quos pascendarum ovium jura pertinebunt? Nonne ad Pastores? Nonne ad illos, quibus dictum est: *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos Regere Ecclesiam Dei?* ( 8 ) Mosheimii ergo amentiam explodamus; non enim hujus Sæ-

( 3 ) Lib. 3. adv. Hær. Cap. 3.  
 ( 4 ) Hist. Christ. Sec. II. C. V. n. IV.  
 ( 5 ) Colligitur ex Lib. adv. Praxeam. Cap. I.

( 6 ) Lib. de Pudicitia. C. I.  
 ( 7 ) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. Cap. II. n. III.  
 ( 8 ) Act. Apost. Cap. 20. v. 28.



Sæculi Episcopi , in condendis legibus , quæ ad fidem , moresque spectarent , aliena jura usurparunt , sed propria exercuerunt.

§. III.

**N**Equè Moshemius, Neque Spanhemius inficiari audent , jam hoc secundo Seculo , Episcopos supra Presbyteros in Ecclesia eminuisse. Primus tamen Episcoporum eminentiam ad exemplum Judaicæ Ecclesiæ pernicioso errore institutam fingit , ( 9 ) quæ lepida opinio alterum non fugit. ( 10 ) Præterea Spanhemius hanc eminentiam Hieronymum credidisse existimat , *ministerii fuisse , non imperii , ordinis inter plures , non potestatis ; consuetudine introductam , non Dominica dispositione.* ( 11 ) Sed vir suarum partium præjudiciis occupatus Hieronymi mentem affecutus non est , quemadmodum nec Blondellus : Hieronymus enim cum Presbyteros Episcopis æquales antiquitus fuisse dicit , non de ordine , Caractere , & interiori potestate , sed de externa Ecclesiæ , rerumque Ecclesiasticarum administratione , quæ principio ex communi Presbyterorum consilio pendebat , postea autem immutata , rectissime intelligendus est. Equidem in eodem loco , quo adversarii præcipue abutuntur , ( 12 ) Hieronymus Episcopos Moyfi comparat , Presbyteros 70. senioribus , & alibi , *Quid facit , excepta ordinatione , Episcopus , quod Presbyter non faciat ?*

Episcoporum supra presbyteros eminentia.

Refutatur Spanhemius.

vs

( 9 ) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. n. IV.  
 ( 10 ) Hist. Christ. Sec. II. C. V.

( 11 ) Ibidem.  
 ( 12 ) In Commentario Cap. I. Ep. ad Titum.



*ciat?* ( 13 ) Omnes tandem Episcopos Apostolorum successores esse concludit. ( 14 ) Hæc denique Spanhemius : dubiæ fidei plurimis esse Ignatianas epistolas , ex quibus fere , ut ejus utar verbis , *litis decisio pendet.* ( 15 ) Sed O' miserum obcæcati hominis effugium ! præterquam enim , vel in ipso Protestantium grege , Spanhemio non diffidente , non desint , qui istarum epistolarum fidem mirifice adstruant , ex Irenæo quoque , ( 16 ) & Tertulliano , ( 17 ) eximiis hujus ætatis Patribus , Episcoporum supra Presbyteros eminentia , jure divino , apertissime comprobatur.

## §. III.

Diaconatus  
sacer  
Ordo.

**D**iaconatus etiam , hoc Seculo , ut sacer Ordo habebatur ; eo enim insigniti sacro ministerio fungebantur , prout ex Tertulliano , ( 18 ) & Justino aperte constat. ( 19 ) Fatetur quidem Spanhemius , *Diaconorum* , per id ætatis , fuisse Eucharistiam distribuere , seu populo porrigere ; ad ægros deferre , & absentes : ( 20 ) fatetur etiam , in more positum fuisse , in Epistolarum inscriptionibus Diaconos Presbyteris adjungere , *cum quibus , & Episcopo unum Collegium constituerent.* ( 21 ) Hæc tamen ingenue fatentem statim affirmare non puduit , Diaconis commissam fuisse τῶν βιωτικῶν curam , non τῶν πνευματικῶν , vel τῶν βελτιωτικῶν.

## §. V.

- ( 13 ) Ep. 85. ad Evagrium.  
 ( 14 ) Ibidem.  
 ( 15 ) Hist. Christ. Sec. II. Cap. V.  
 ( 16 ) Lib. 3. adv. Hær. Cap. 3.  
 ( 17 ) Lib. de Præscript. C. 23.

- ( 18 ) Lib. de Baptismo Cap. 17.  
 ( 19 ) Apologia. 2.  
 ( 20 ) Hist. Christ. Sec. II. C. V. n. V.  
 ( 21 ) Ibidem.



§. V.

**C**elebrata, hoc secundo seculo, tam in Oriente, quam in Occidente concilia, ad Religionis causas decidendas, Veterum scripta testantur. Sed istorum celebrandorum usum non altius, quam ex hoc ipso seculo, Moshemius repetendum existimat: ( 22 ) cur vero non ab Apostolorum exemplo, quos in Ecclesiæ negotiis concilia celebrasse legimus? ( 23 ) Scilicet quia ne ipsum quidem in Apostolorum Actis Cap. XV. commemoratum Concilium hoc nomine recte insigniri credat, proptereaquod unius tantum Ecclesiæ non plurimarum congregatio fuerit. ( 24 ) Mihi quidem Moshemii ratio non modo displicet, verum etiam aliam hujus hominis mentem fuisse suspicor, ne scilicet Apostolicam Conciliorum institutionem agnoscens, illorum quoque auctoritatem eo argumento adaugere videatur.

*Usus conciliorum celebrandorum.*

*Notatur Moshemius.*

§. VI.

**N**ulle hoc seculo leges de Cælibatu Ecclesiasticorum, contrariis haud paucis exemplis, inquit Spanhemius, ( 25 ) cui & nos libenter assentimur, nec est, cur sibi negotium in eo demonstrando faceffat. Fateatur tamen, necesse est, si ætatum proxime sequentium Patres, Concilia, Ca-

*Cælibatus Clericorum.*

( 22 ) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. C. II. n. II. & III.

( 23 ) Act. Apost. præcipue. Cap. XV.

( 24 ) Hist. Eccl. S. I. p. II. C. II. n. XIV. not. 32.

( 25 ) Hist. Christ. Sec. II. Cap. V. n. VIII.



Moshe-  
mii nu-  
gæ.

Canones, consulantur, jam a duobus primis Ecclesiæ Seculis non defuisse, qui ad Sacros Ordines promoti perpetuam continentiam summa cum laude fervarent. Unde vero hujus disciplinæ, quæ primum consuetudine in Ecclesiam inducta, deinde legibus sancita est, originem repetemus? Pudet me hoc in loco vanissimas Moshemii nugas refellere, cujus tanta est impudentia, atque temeritas, ut inter ritus, quos ex Platoniorum placitis, necnon ex tetrico, ac tristi Ægyptiorum ingenio originem duxisse effutit, Cælibatum quoque Clericorum numerare non erubescat. (26) Nos ex eo recte derivamus, quod, ut ait Hieronymus, *Christus virgo, Virgo Maria, utriusque sexus virginitatem dedicavere Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes . . . . adsumpti in Apostolatam reliquerunt officium conjugale:* (27) deinde quod hæc vitæ ratio ad Sacerdotalia officia obeunda maxime conveniens crederetur, prout ex Veteribus, vel maxime ex Eusebio, (28) aperte colligitur.

## §. VII.

**C**hristianam Religionem, ex gravissimo quodam errore, hoc Seculo, in Ecclesiam temere inducto, Moshemius haud parum detrimenti accepisse tradit, quem præterea multorum malorum, quæ sequentibus seculis ad nostrum usque, in Ecclesiam ingruerunt, fontem, & originem ex-

(26) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. Cap. III. n. XIII. XIV.

(27) Apol. contra Jovin.

(28) Lib. I. Demonst. Evang. Cap. 9.



titisse affirmat. (29) Quis vero pestilentissimus error? Moshemium exponentem audite: persuasum scilicet nonnullis Christianis Doctoribus quædam a JESU Christo in Evangelio tradita ut præcepta, quædam vero ut Consilia. Hinc vigiliæ, abstinentiæ, jejunia, cæteræque corporeæ afflictationes, tanquam utiles, & necessariae ad perfectius vivendum habitæ; hinc denique Monachalis vita: en acerbissima illa mala, quæ ex eo errore, ut vocat, in Ecclesiam fluxisse dicit. (30) Quem vero potissimum errasse credemus, Moshemium, ejusque magistros, qui antiquam Ecclesiæ doctrinam, primis seculis ubique acceptam, a doctissimis Patribus ubique traditam, tandem ultimis temporibus de errore postulare ausi sunt, an ipsam Ecclesiam? Profecto, si JESUM Christum, præter præcepta omnibus exequenda, nonnulla etiam consilia aliquibus libere adimplenda proposuisse dixerimus, non video, quid sit, cur a Moshemio absurdum dici possit: Sed JESUM Christum ita fecisse sacræ literæ cuilibet non obcæcato aperte testantur. (31) Itaque cum Monachalis Vita in iis observandis consiliis tota consistat, necesse est, ut Religioni non perniciem, sed incrementum, & splendorem attulerit. Multa quoque ex utroque Fœdere, quæ obcæcatus Moshemius non vidit, aut non intellexit, videre vero, & intellexere antiqui Patres, præclare ostendunt, plurimum ad hominis sanctimoniam conferre laboriosa opera, nimirum, vigilias, jejunia, abstinentias,

*Jejuna,  
abstinentie,  
Consilia  
Evangelica.*

*Ex ploditur  
Moshemii impudentia.*

*Vindictatur  
Monachalis  
vita.*

G cæ-

(29) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. | (31) Matth. Cap. XVI. & Cap. III. n. XI. & Seq. | XIX. & ad Corinth. I. VII.

(30) Ibidem.



cæterasque corporis afflictationes. Summa ergo Moshemii impudentia est, stultitia, atque perversitas in iis carpendis sententiis, quas jam a primis seculis, ut ipse fatetur, ad nostram usque ætatem, universa tenuit Ecclesia.

## §. VIII.

*Nugæ  
Moshemii.*

*Monachalis  
vitæ in  
Ægypto  
incunabula.*

**M**Oshemius præterea addit, plurimum ad perniciosam illam disciplinam propagandam contulisse Platonicas Christianorum Doctorum, quas animis imbiberant opiniones, necnon Ægyptiorum, præ vehementi μελαγχολία, qua maxima ex parte gravantur, ad hujusmodi vitæ asperitates propensionem; ex his enim hanc contagionem, ut vocat, in Syriam, finitimosque populos ac denique in universam Europam ingruisse contendit, ( 32 ) atque ita Sanctissimæ, & antiquissimæ disciplinæ originem temere & insolenter describit. Sed hominis impudentis nugas pro historia nihil moror. Monachalis vitæ incunabula in Ægypto fuisse fatemur, ibi etiam, qui corporeis afflictationibus sese exercentes durius quoddam vitæ genus profiterentur, plurimos extitisse concedimus, sed hæc ex Platoniorum doctrina, & tetricis Ægyptiorum propensionibus originem habuisse negamus.

## §. VIII.



( 51 )

## §. VIII.

**D**E *Ante-paschali* jejunio, hoc secundo Seculo, refert Fridericus Spanhemius, *non uno modo observatum; aliis quidem, ait, unius diei, aliis plurium, aliis septimanæ totius fuit, (33)* quod ex Tertulliano, Rigaltio non diffidente, probat; aliis etiam horarum quadraginta ex Irenæo. (34) Hæc autem ab Spanhemio dicta intelligo, ut *quadragesimale* jejunium nondum hac ætate observatum fuisse ostendat, quod tandem ex ejusdem ætatis scriptorum silentio concludit. (35) Sed quanquam *Ante-Paschale* jejunium quadraginta dierum ab hujus Seculi Patribus expressum minime inveniatur, quod facile concedam, videor tamen mihi Spanhemium, Tertulliani, & Irenæi mentem minime affecutum. Deinde *quadragesimale* jejunium jam hoc Seculo observatum fuisse, ex quarti, & quinti Seculi Patribus, ut alibi diximus, probabilius apparet.

## §. X.

**D**E *abstinentia a carnibus*, tanquam Ecclesiastici jejunii parte, nihil me apud hujus ætatis Patres expressum invenire fateor. Nihilominus Spanhemio assentiendum non est, jam tum hanc disciplinam viguisse neganti. Falso enim sibi persuadet nihili facienda, *quæcumque* in contrariam

Absti-  
nentia a  
Carni-  
bus.

G ii

par-

( 33 ) Hist. Christ. Sec. II. | ( 34 ) Ibidem.  
Cap. IV. Col. 627. | ( 35 ) Ibidem.

partem ex IV. V. VI. Seculi scriptoribus adferat Baronius, cum suis, ( 36 ) ut tandem ejus verbis concludam.

### C A P U T III.

*Doctrina hujus Seculi hodie a Protestantibus reprobata.*

**M**ulta sane ad veram Ecclesiæ doctrinam spectantia plurimos ex Veteribus, primis Seculis, ne alimine quidem attigisse, aut obscure tantum delibasse, in confesso apud omnes esse debet. Deerat enim occasio, deerat loquendi locus, & necessitas, qua de omnibus sermonem instituere cogerentur. Sic quondam Augustinus Pelagianis antiquorum Patrum silentium, aut obscura quædam in medium adducentibus ora obstruebat. Sed Protestantium ea semper extitit in disputando cum Romanæ Ecclesiæ Theologis follertia, ut si ea de re certamen suscipiant, de qua apud Veteres, primis Seculis, aut pauca, aut obscura supersint monumenta, sese illico ipsorum Veterum silentio muniant: si vero de iis quæstio sit, quæ apud antiquos Patres ita expressa reperiantur, ut nullo modo in contrarium sensum detorqueri possint, tum aliâ facile evadant, sparsa jam corruptæ, ac depravatæ doctrinæ semina vociferantes. Atque ista adversariorum calliditas ex jam dictis manifesta redditur, ex dicendis autem apertior apparebit. Quia vero de doctrina primi seculi a Pro-  
tes-



testantibus hodie rejecta disputantes , pluribus forsitan , quam necesse esset , singula exposuimus , nunc tantum , quæ ad suscepti operis institutum necessaria sunt , paucis delibabimus.

I. Græcorum , & Romanorum exemplo adducti Christiani , ut eorum mysteria imitarentur , inquit Moshemius ; ( 1 ) sua quoque mysteria , hoc seculo , Religioni Christianæ ad pompam attribuerunt. Hinc ut putat , Sacramenta Evangelica , præcipue Sancta Cœna , hoc nomine appellata. Sed inepta prorsus & Moshemio digna sententia ! Nemo tamen est , qui non animadvertat hujus hominis malitiosam calliditatem , scilicet hæc suo cerebro nugarum feracissimo fingit , ne veteribus monumentis in Eucharistia mysterium agnoscere compellatur.

*De aliquorum mysteriorum origine Mosheimii in sania.*

II. *Sufficientiam Scripturarum , ad fidem , ad mores , ad dijudicandas Controversias , omnes hoc Seculo agnovere* , inquit Spanhemius ; ( 2 ) ut Sacrarum Traditionum necessitatem explodat. Frustravero in hunc finem ex Clemente Romano , Polycarpo , Justino , Irenæo , adducit testimonia ; frustra etiam ex Protestantibus , quotquot de Scriptura commentati sunt Chemnitio , Witakero , Mestrezatio , Riveto.

*Scripturarum sufficientia quo sensu accepta.*

III. Profecto hujus ætatis Patres Sacram *Scripturam* non ita sufficientem credidisse , ut Sacras Traditiones rejicerent , tam ex Irenæo , quam ex Tertulliano apertissime constat , quos argumentum illud Sacrarum scilicet Traditionum adversus Ec-

( 1 ) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. | Cap. IV. n. V.

( 2 ) Histor. Christ. Sec. II. Cap. I. n. III.

Ecclesiæ hostes, tanquam invictissimum telum intorsisse, ex ipsorum scriptis facile deprehendet is, quem pertinacia non obcæcaverit, aut ignorantia. (3)

*Satisfactio Christi pro peccatis.*

III. De satisfactione Christi pro peccatis Spanhemius ex hoc Seculo præclari nominis testes profert, Polycarpum, Justinum, Irenæum, præter Clementem Romanum, & Barnabam. (4)

*Non absque operibus ex parte hominis.*

Utique hæc semper extitit, & hodie est Romanæ Ecclesiæ fides. Fallitur tamen, & fallit Spanhemius, si memoratos Patres ita locutos existimat, (ut quidem ejus opinio est) ut nihil ab homine ad satisfaciendum pro peccatis exigere viderentur. Satisfactionis opera ex parte hominis nullus certe negabat, Tertullianus tanquam necessaria prædicabat, (5) ea denique imponendi, quoad modum, disciplina vigeat.

*Justificatio ex gratia, per fidem, quo sensu diceretur.*

V. Pro justificatione ex gratia, per fidem, absque operum merito, Spanhemius testes itidem proferens, post Clementem Romanum, ex hoc Seculo Polycarpum, Justinum, Irenæum, Clementem Alexandrinum, (6) eos gravissima affecit injuria, quos laudibus cumulare credebat. Quid profecto dicerent, non ille intellexit, aut intelligere noluit. Eos nanque de exordio justificationis, & de gratiis ipsam prævenientibus, quæ nullis nostris meritis comparari possunt, interpretari debuit. Imo vero, quod Spanhemio displicet, aper-

*Spanhemius in antiquos Patres injuriosus.*

(3) Iren. l. 3. adv. Hær. Tertullian. Lib. de Corona, & Lib. de Carne Christ.

(4) Hist. Christ. Sec. II. C. III. n. VII.

(5) Lib. de Pœnitentia.

(6) Hist. Christ. Sec. II. Cap. III. n. VIII.



aperte docuerunt , Clemens Alexandrinus , Irenæus , Justinus , cum primus præter fidem , timorem quoque , & caritatem ad justificationem necessariam agnoverit ; ( 7 ) alii vero de bonorum operum merito præclara testimonia suppeditent. ( 8 )

VI. De Eucharistia Spanhemius nullum putat in hujus ætatis Patribus testimonium reperiri , quod non sit Catholicorum sententiæ contrarium. ( 9 ) Sed longe aliter se res habet ; oppositum namque Spanhemii , cæterorumque Protestantium doctrinæ docuerunt Justinus , ( 10 ) Irenæus , ( 11 ) Tertullianus , ( 12 ) cum aperte tradant in Eucharistia vere JESU Christi Corpus , & Sanguinem contineri.

Quid de Eucharistia 2. Seculo.

VII. Ita vero hanc doctrinam de JESU Christi præsentia in Eucharistia tradidere , ut *transubstantiationem* , Si non hoc nomine , re tamen , quod unice necessarium est , agnovisse credamus , quidquid Spanhemius cum suis antiquorum Patrum sententias in alienum sensum detorquens aliter sentiat.

Transubstantiatio.

VIII. Jam hoc Seculo laicos sub una tantum specie Communionem accepisse ex Tertulliano inferri potest , ( 13 ) qui haud obscure innuit solum consecratum panem fuisse domi asservatum. Non ergo Spanhemius rem veluti certam tradere de-

Communionio sub una tantum specie.

( 7 ) Lib. 2. Stromatum.  
( 8 ) Justinus Apol. 2. Irenæus Lib. 4. adv. Hær. C. 72.  
( 9 ) Hist. Christ. Sec. II. C. III. n. X.

( 10 ) Apol. ad Antoninum.  
( 11 ) Lib I. Cap. 13. & Lib. III. C. 17.  
( 12 ) Lib. 4. cont. Marcion. Cap. 40.  
( 13 ) Lib. ad Uxorem. Cap. 3.

debut nullum hac ætate hujus disciplinæ vestigium reperiri. ( 14 )

*Missæ  
Sacrifi-  
cium.*

*Nugæ  
Moshe-  
mii.*

VIII. Nihil etiam de Missa, tanquam vero Sacrificio, Spanhemius in scriptis Patrum hujus ætatis inventum affirmat : ( 15 ) inveniret autem ipse Spanhemius, si deposito partium studio, Justinum, ( 16 ) Irenæum, ( 17 ) Tertullianum, ( 18 ) accurate legeret. Fatetur quidem Moshemius, hoc Seculo, in usu fuisse illa nomina, *Sacerdos*, *Levita*, sed figurato sensu, non proprio usurpata: tragice etiam queritur, quod ille loquendi modus, sequentibus Seculis, haud parum doctrinæ Evangelicæ integritatem læserit. ( 19 ) Tanta est hujus hominis, cæterorumque ejusdem sectæ impietas.

*Sacrifi-  
cium pro  
mortuis.*

X. Hoc Sacrificium pro mortuis offerri consueviffe, qua de re Spanhemius nihil in scriptis Patrum hujus Seculi, ex Tertulliano colligere possumus, ( 20 ) Augustino præterea dicente, hanc esse universæ Ecclesiæ consuetudinem. ( 21 )

*Pœni-  
tentia  
Sacr-  
amentum.*

XI. De Sacramento Pœnitentiæ, hoc Seculo, aperte Tertullianus : ( 22 ) Cyprianus etiam, qui sequenti seculo præclara hujus doctrinæ testimonia reliquit, unde, quæso, nisi ab Ecclesia tradente, accepit?

XII. Confessionis, ut dicitur, Sacramentalis, ex

( 14 ) Hist. Christ. Sec II. C. III. n. XII.

( 15 ) Ibidem, & C. IV. pag. 623.

( 16 ) In Dial. cum Tryph.

( 17 ) Lib. 4. Cap. 17.

( 18 ) Lib. de Veland. Virg., & Lib. de Pœnit.

( 19 ) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. Cap. IV. n. IV.

( 20 ) Lib. de Corona. Cap. 5.

( 21 ) Lib. de Cura pro mortuis. Cap. I.

( 22 ) Lib. de Pœnit. Cap. 7.

& 9.



ex celeberrimis hujus ætatis Patribus , Irenæo ,  
 ( 23 ) & Tertulliano , ( 24 ) necessitas aperte evin-  
 citur. Fatetur quidem Spanhemius cum suis vi-  
 guisse hoc Seculo. Εἰρημολογησιῶν, seu delictorum <sup>Confes-</sup>  
 confessionem , nullam tamen , nisi publicam exti- <sup>peccato-</sup>  
 tisse narrat. ( 25 ) Verum quod publica fuerit, <sup>rum ne-</sup>  
 vel privata nunc nihil moror, dummodo illius ne- <sup>cessitas.</sup>  
 cessitas minime denegetur , quam tunc cognitam  
 fuisse contendimus.

XIII. Sacramentum Confirmationis , quemad- <sup>Sacra-</sup>  
 modum in Ecclesia Romana administrari solet, <sup>mentum</sup>  
 etiam hoc Seculo fuisse administratum , testes ha- <sup>Confir-</sup>  
 bemus locupletissimos , Tertullianum , ( 26 ) Ire- <sup>matio-</sup>  
 næum , ( 27 ) Clementem Alexandrinum. ( 28 ) <sup>nis.</sup>  
 De illo autem Spanhemius primum ait: <sup>Notatur</sup>  
*Consignationis in Baptismo, qua signo crucis baptizatus si- <sup>Spanhe-</sup>  
*gnabatur in fronte, vel pectore, nulli hoc Seculo ge- <sup>mius.</sup>  
*nium meminerunt: ( 29 )* deinde , paucis interje-  
 ctis, *consignationem* tunc adhibitam fuisse, ex Ter-  
 tulliano , volens , nolens fateri cogitur: *At inquit,*  
*nec universalis illa fuit , nec necessitatis credita,*  
*aut virtutis alicujus Spiritualis. ( 30 )* Quis vero  
 in Veterum Scriptis vel mediocriter exercitatus ,  
 statim non animadvertat Spanhemium ex præjudi-  
 cata opinione nugari ?**

XIIII. De extrema Unctione (ut observatur in <sup>Infirmo-</sup>  
 H <sup>rum Un-</sup>  
 Ro- <sup>ctio.</sup>

( 23 ) Lib. I. Cap. 6. & 13	( 27 ) Lib. I. Cont. Hæres.
( 24 ) Lib. de Pœnit. Cap. 4. & 9.	Cap. 18., & Lib. IV. C. 38.
( 25 ) Hist. Christ. Sec. II. Cap. IV. pag. 625.	( 28 ) Apud Eusebium Lib. III. Hist. Eccl. C. 23.
( 26 ) De Baptismo. C. 7.	( 29 ) Hist. Christ. Sec. II. Cap. IV. pag. 622.
	( 30 ) Ibidem.



*Romana Ecclesia*) inquit Spanhemius, *altum Sileri in priorum ætatum monumentis ipse Pagius contra Baronium ad A. Ch. LXIII. adfirmat.* (31) Sed Spanhemius eximium virum in opinionis suæ præsidium falso adducit; is enim de nomine *Extremæ* Unctionis, sic dictæ, non de re ipsa loquitur. Fateor equidem me nullum hætenus in hujus secundi Seculi scriptoribus pro Extrema Unctione expressum testimonium reperisse; nec ab his Theologis quorum opera ad manus habeo, ex ejusdem ætatis Patribus prolatum invenio. Verum Origenes, qui licet tertio Seculo præcipue floruerit, secundo tamen jam clarere cœperat, de hoc Sacramento, de re veluti a maioribus accepta, & quæ, in Ecclesia, usu consecrata esset, manifeste agit. (32) Illud quoque Seculorum proxime sequentium Patres, a quibus, nisi ab his, qui præcesserant, accepere?

*Sacramenta Ordinis, & Matrimonii.*

XV. De Sacramento Ordinis, qui hac ætate locuti fuerint, de doctrina primi Seculi differentes in medium adducimus, Justinum, scilicet, & Irenæum. Pro matrimonio, præter firmissimam traditionem, ex hoc Seculo Tertullianum recte Laudavimus.

*Sanctorum cultus, & invocatio.*

*Spanhemii mala fides.*

XVI. De Religioso Sanctarum animarum cultu, & invocatione Spanhemius nihil nos hac ætate legere affirmat: (33) legit ille quidem, sed veritatem agnoscere pertinaciter recusavit. Nam Justinus Martyris, qui de Religioso Angelorum cul-

(31) Hist. Christ. Sec. II. Cap. IV. pag. 629.

(32) Hom. 2. in Levict.

(33) Hist. Christ. Sec. II. C. IX. pag. 670.



( 59 )

cultu apertissime loquitur, ( 34 ) necnon Irenæi, qui Mariam Evæ *advocatam* dixit, ( 35 ) testimonia inani temeritate labefactare conatur. Deinde ex Smyrnensis Ecclesiæ epistola de Martyrio S. Polycarpi, quæ Spanhemium non latuit, jam tum religiosum cultum Sanctis exhibitum fuisse, illo licet refragante, evincitur. ( 36 ) Ipsos etiam invocare jam tum solitum fuisse, præterquam quod ex Irenæo, Superius adducto, colligitur, ex Cypriano etiam, ( 37 ) & Origene, ( 38 ) dubitari non potest: licet enim sequenti Seculo præcipue floruerint, secundo tamen natos, & educatos illius doctrinam imbibisse, & magistros habuisse quis non animadvertat, non fateatur?

XVII. Ex memorata Smyrnensis Ecclesiæ epistola Spanhemius magno cum honore Martyrum ossa, cineres, hoc Seculo, collectas, ac sepultas fuisse cognovit: ex eadem epistola Religiosus cultus illis exhibitus aperte evincitur; id tamen Spanhemius perfractè negat, ( 38 ) qui ex præjudicatis opinionibus solem in meridie lucere negabit. Fatetur vero in more positum fuisse, hoc Seculo, Eucharisticas mensas supra Martyrum sepulturas collocare, quod Religiosi cultus signum esse nemo cordatus sane inficiabitur, sed ut contrarium ostendat, irritò conatu sudat, ac torquet sese Spanhemius. ( 39 )

*Martyrum re-  
liquiæ  
in hono-  
re, &  
pretio  
habita.*

*Spanhe-  
mius suo  
se telo  
conso-  
dit.*

H ii

XVIII.

( 34 ) Apol. II.

( 35 ) Lib. 5. adv. Hær. C.

29.

( 36 ) Apud Eusebium Lib. 4

Hist. Eccl. C. 15.

( 37 ) Ep. 57.

( 38 ) Lib. VIII. Cont. Cel-  
sum.

( 39 ) Ibidem.



*Sacra-  
rum  
imagi-  
num  
vestigia.*

XVIII. De sacris Imaginibus jam ad præcedentis Seculi doctrinam animadvertimus, minime necessarium esse, ut istarum usus a primis Ecclesiæ Seculis repetatur, quippe quæ non ad Religionis necessitatem, sed ad Ecclesiasticam disciplinam spectent. Verum quanvis Spanhemius cum suis, de sacris imaginibus altum silentium, hoc Seculo, in Ecclesia fuisse narret, nos tamen ex Tertulliano, (40) (ut historiam ab Eusebio descriptam de statua a muliere Hemorrhoida in Christi honorem erecta prætermittam) (41) quædam hujus disciplinæ vestigia demonstrabimus.

*Expi-  
ationis  
locus.*

XVIII. Pro existentia Purgatorii hac ætate cogniti testes iterum profero, quos jam ad præcedentis Seculi doctrinam adduxi, Tertullianum, Cyprianum, Origenem. Spanhemius vero, (42) & Mushemius, (43) quod a gravissimis illis Patribus, aliisque de expiationis loco traditur, quoniam alio modo solvere nequeunt, de errore postulant, & ut ita credatur, cum *Millenariorum* fabulis dolose miscent. Atque hinc est, quod jam animadvertimus, Protestantes cum Catholicis certamen ineuntes, cum illorum causam Veterum testimoniis ita munitam vident, ut negare non possint, sic effugere, ut jam tum corruptæ ac depravatæ doctrinæ semina in Ecclesiam sparsa fuisse impudenter effutiant.

*Preces  
pro mor-  
tuis.*

XX. Creditum quoque, hoc Seculo, animas in illo expiationis loco detentas, nostris præ-

ci-

(40) Lib. de Pudicitia. Cap. 10.

(41) Lib. 4. Cap. 18.

(42) Hist. Christ. Sec. II. Cap. III. pag. 615.

(43) Hist. Eccl. Sec. II. p. II. Cap. III. n. II. & III.



cibus, & Sacrificiis juvari, quod ex Patribus supra memoratis aperte constat. Nec Spanhemius ita creditum fuisse negat, imo id fufe narrat; sed inter nævos in doctrina hujus ætatis de more numerat, ( 44 ) nimirum quod displicet, quod non probat, quod ejus Sectæ opponitur, licet, primis Ecclesiæ Seculis, pro certo habitum fuisse agnoscat, per singularem temeritatem, de errore accusat.

*Notatur Spanhemius.*

SE-

( 44 ) Hist. Christ. Sec. II. Cap. III. p. 615.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
DEPARTMENT OF CHEMISTRY  
RESEARCH REPORT  
NO. 1000  
BY  
J. H. VAN Wazer  
AND  
R. M. COLEMAN  
PUBLISHED BY THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS  
CHICAGO, ILLINOIS, U.S.A.  
1952

1. Introduction  
2. Experimental  
3. Results  
4. Discussion  
5. Conclusions  
6. References  
7. Acknowledgments  
8. Summary  
9. Appendix  
10. Tables  
11. Figures  
12. Plates  
13. Index  
14. Glossary  
15. Bibliography  
16. Subject Index  
17. Author Index  
18. Table of Contents

19. Appendix  
20. Tables  
21. Figures  
22. Plates  
23. Index  
24. Glossary  
25. Bibliography  
26. Subject Index  
27. Author Index  
28. Table of Contents



SECUNDUM  
CERTAMEN

DESIGNATO DIE, AC LOCO  
HABENDUM

IN QUO

HISTORIAM  
ECCLESIASTICAM

TERTII, ET QUARTI ECCLESIAE SAECULI

INTER

*CATHOLICOS, ET PROTESTANTES*

CONTROVERSAM

EXPONET

ET ROMANAE ECCLESIAE DOCTRINAM

VINDICABIT:

PRÆSIDE

FR. PATRITIO SILVIO

AUGUSTINIANO

CONIMBRICENSI DOCTORE.

FR. ANTONIUS A PURIFICATIONE.



PRINCIPIO

*Romanæ Ecclesiæ potius, quam Protestantibus ad  
hærendum esse, ex regulis critices  
demonstrabitur.*

SECUNDUM

CERTAMEN

DESIGNATO DIE, AC LOCO

HABENDUM

IN

HISTORIA

ECCLESIASTICAM

TERTII, ET QUARTI MILLENNII SECVLI

INTER

CATHOLICOS, ET PROTESTANTES

CONTRACTORUM

ET

ET ROMANAE ECCLESIAE INGENIUM

ET

PRESTOS

PA P A T R I T I O S I L V I O

RECTORIS

COLLEGII S. ANTONII

IN ANTONIA AURELIANA



PRINCIPIO

RECTORIS ECCLESIAE S. ANTONII, ANTONIAE AURELIANAE

RECTORIS ECCLESIAE S. ANTONII, ANTONIAE AURELIANAE

RECTORIS ECCLESIAE S. ANTONII, ANTONIAE AURELIANAE



*Tertium Ecclesiæ Seculum.*

C A P U T I.

*De factis hujus Seculi Romanæ Ecclesiæ auctoritatem demonstrantibus.*

§. I.



ERTIO Ecclesiæ Seculo ineunte Zephirinus Petri Cathedram occupavit, quem nonnulli ex Novatoribus Montani errorem propugnasse, vel saltem illi favisse contendunt, quod ex Tertulliano ( 1 ) demonstratum existimant. Spanhemius, quæ Zephirino alii, ipse Victori affingit, de quo Tertullianum intelligendum putavit. ( 2 ) Quanquam vero ex tota Zephirini historia, nihil, quod ad Romanæ Ecclesiæ auctoritatem stabilendam conferat, eruamus, hac tamen oblata occasione, non abs re esse arbitror, Romanum illum Pontificem ab aperta calumnia vindicare. Hoc igitur facile obtinebo, unum animadvertens, validis prætermisissis argumentis, quibus Zephirini fides integra demonstratur, illius calumniatores solo niti Montanista Tertulliano. ( 3 )

*Integra Zephirini fides vindicatur.*

I

§. II.

( 1 ) Lib. advers. Praxeam C. I.  
( 2 ) Hist. Christ. Sec. II. C. VI. Col. 647.

( 3 ) Lib. adversus Praxeam Cap. I.

## §. II.

*Privati  
Lambe-  
sitani  
causa  
Romam  
delata.*

*Causa  
Felicissi-  
mi.*

**M**ulta, hoc Seculo, quæ eminentem Romanæ Ecclesiæ auctoritatem ostendunt, contingere, vel ipso Cypriano teste, quem adversarii pro se stare ineptissime garrunt. Primum enim ex Cypriano constat, (4) Privatum Lambesitanum a nonaginta Episcoporum Synodo in Africa damnatum ab Romana Ecclesia restitui tentasse; sed Cyprianus, datis literis, Romano Clero Privati crimina exponens, ne admitteretur, effecit. (5) Pro certo tamen esse debet, Privatum ad Romanam Ecclesiam propterea confugisse, quod crederet, ex hujus ætatis fide, tantam esse illius Ecclesiæ auctoritatem, ut ab ea Africanæ Synodi sententiæ rescindi possent. Idem de Felicissimo credere necesse est: hic enim cum seditionem in Cyprianum commoveret, ab ipso damnatus est, a quo etiam universæ causæ acta Romam transmissa sunt. (6) Sed Felicissimus, ipso Cypriano teste, (7) a Romano Pontifice Cornelio in communionem Romæ admitti sollicitavit, quanvis frustra, cum ibi pariter repulsam tulerit. Ex iis, aliisque infra dicendis, omnino desipiat, necesse est, qui non agnoverit Romani Pontificis supra cæteros Episcopos eminentiam tertio Ecclesiæ Seculo rem fuisse minime dubiam.

## §. III.

(4) Epist. 54.  
(5) Epist. XXX.

(6) Ep. XLII.  
(7) Epist. 55.



§. III.

**H**oc pariter Seculo cum Marcianus Arelaten-  
 sis Novatianis se se adjunxisset, Sanctus Cy-  
 prianus de eo deponendo apud Stephanum Ro-  
 manum Episcopum egit, semel & iterum adhor-  
 tatus, ut pro ejus depositione ad Gallicanos Epis-  
 copos literas mitteret. ( 8 ) Spanhemius Baronium  
 de more vellicat, quod hoc facto ad eminentiam  
 Romanæ Ecclesiæ demonstrandam utatur : ex eo  
 etiam contrarium probare nititur ; ait enim Cy-  
 prianum, in Epistola ad Stephanum data, parem  
 sibi cum Romano Episcopo potestatem vindica-  
 re ; sed *Purpuratus*, inquit, *candida in nigra, &*  
*nigra in candida pro libidine vertit.* ( 9 ) Rigal-  
 tium denique, Baluzium, Du-Pinium profert,  
 Baronianam illationem ex hoc facto, pro Ro-  
 manæ Sedis potestate, reprobantes. ( 10 ) Mi-  
 hi vero Cyprianicam Epistolam, absque ullo par-  
 tium studio, attente legenti persuasum est,  
 recte illud factum pro Romani Pontificis emi-  
 nentia, a Baronio adduci potuisse : tantum ab-  
 est, ut Cyprianus in illa Epistola Protestantium  
 causæ faveat.

*Cypria-  
 nus su-  
 premam  
 Romani  
 Episcopi  
 auctori-  
 tatem  
 agnos-  
 cit.*

( 8 ) Cyprianus Epistola LXVII.		( 9 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. VI. Col. 744.
		( 10 ) Ibidem.

## §. III.

*Factum  
Basilidis  
ad Ro-  
manum  
Episco-  
pum con-  
fugien-  
tis.*

*Refelli-  
tur Spa-  
nius.*

**A**Ltera Cypriani Epistola, (11) Basilidis Hispani Episcopi factum exhibet, qui, cum ob crimen idololatriæ, quo sese polluerat, damnatus, atque ab Episcopatu dejectus esset, a provincialium Episcoporum concilio ad Romanum Pontificem Stephanum provocavit, a quo restitutus fuit. Hæc videns Spanhemius ridere simulat, propterea quod ex ipso Cypriano constet Basilidem injuste restitutum, & contra canonem Cornelii tempore sancitum, hinc Hispanos Episcopos, Cypriani sententiam amplectentes, Stephani iudicium reprobasse. (12) Ita quidem: sed non est, cur Spanhemius quasi de reportato triumpho gloriatur, & Baronium, ut facit, exagitet, factum illud pro Romani Pontificis potestate proferentem. Non enim Cyprianus in Romano Pontifice auctoritatem negavit, ut ex ejus Epistola videre est, (13) sed ideo nihil ab ea provocatio-  
ne timendum edixit, nihil ideo Romani Episcopi iudicio deferendum iudicavit, quod subdolos veterator Basilides malis artibus, mendaciis, fraude Stephanum circumvenisset, adeoque legitime restitutus non esset.

## §. V.

( 11 ) Cyprian. Ep. LXVIII. | Cap. VI. Col. 743.

( 12 ) Hist. Christ. Sec. III. | ( 13 ) Epistola nimirum LXVIII.



( 69 )

§. V.

**S**ed ex controversia, quæ hoc Seculo extitit, *Contro-*  
 longe celeberrima, Stephanum inter, & Cy- *versia de*  
 prianum, cui Firmilianus, aliique Orientales Epif- *iterando*  
 copi obstinate adhærebant, Spanhemius cum suis *baptif-*  
 multa profert ad Romani Præfulis auctoritatem *mo.*  
 evertendam; (14) sed irrito prorsus conatu:  
 nos igitur quid ex tota illa quæstione inferri pos-  
 sit, ingenue exponamus. Profecto Cyprianus ea,  
 quæ in commune a se, & aliis Episcopis, de ite-  
 rando baptismo ab hæreticis collato, decreta fue-  
 rant, Stephano exponenda judicavit: sed Roma-  
 nus Præful Africanorum, & Orientalium Episco-  
 porum sententiam non modo improbat, sed etiam  
 veterem traditionem retinendam definit, qua in  
 re supremam potestatem exercuisse quis non agnos-  
 cat? Cyprianus, aliique *Rebaptizantes*, inquit  
 Spanhemius, præterquam quod Stephani decre- *Exceptio*  
 tum contempserint, in eum graviter invehuntur: *Spanhe-*  
 non ergo supremam illius auctoritatem agnosce- *mii.*  
 bant. Perperam vero ita concludet. Qui enim in  
 uno turpissime errarunt, qui errorem pertinaciter  
 defenderunt, qui ea in Stephanum pro veritate  
 pugnantes evomere, quæ vix in perditissimum  
 virum proferri possent, in altero quoque errasse  
 mirandum non est, in eo, scilicet, quod Step-  
 hani decreto non steterint. Denique tota retro anti-  
 quitas non Stephani, sed Cypriani, cæterorum-  
 que ejusdem erroris, factum improbavit.

§. VI.

(14) Hist. Christ. Sec. III. Cap. VIII. Col. 756.

## §. VI.

*Cyprianus, & Collegæ quodam modo excusandi.*

**N**Ec defunt, qui Cyprianum & Collegas quodammodo excusandos censeant, propterea quod hanc quæstionem non ad fidei decreta, sed ad disciplinam spectare crederent. Atque in hac opinione esse invenio præclarissimos e Gallia Theologos, Natalem Alexandrum, Claudium Somier, Matthæum Petitdidier, Jueninum, Tournelyum, alios, quibus non repugnat infensissimus Romanæ Ecclesiæ hostis Casimirus Oudinus. Sed in contrariam opinionem abierunt gravissimi nominis Scriptores Ludovicus Habertius, Bossuetius, & complures, quibus nominandis supersedeo. Me vero in priorum sententiam præcipue trahunt pervulgata Cypriani dicta, (15) nimirum, in illa quæstione cuique Episcopo liberum esse, vel sentire, vel servare, quod vellet, quin propterea pacis, & concordia vincula rumperentur.

## §. VII.

*Incertum, an rebaptizantes errorem deposuerint.*

**I**nquiri solet, utrum Cyprianus, aliique *Rebaptizantes* errorem deposuerint: negat Spanhemius, & Baronium affirmantem declamatorio more refellit, (16) & pluribus, quam opus esset; forte, quod causæ suæ conducere existimet. Verum & nos a Baronio dissentire cogimur; rem enim omnino incertam esse credimus, an Cyprianus,

(15) Epist. ad Jubajanum, & ad Stephanum

(16) Hist. Christ. Sec. III. Cap. VIII. Col. 757.



( 71 )

nus, atque Orientales Episcopi, a suscepta de rebaptizandis hæreticis sententia recesserint; sed vanum est Romani Pontificis auctoritati illorum Patrum in errore pertinaciam opponere.

## §. VIII.

Stephanum vero Rebaptizantium errorem non modo damnasse, sed etiam in pertinaces Episcopos anathematis fulmen intorsisse quidam existimant. Baronius quantum ad Orientales affirmat, & Spanhemius ex Firmiliani ad Cyprianum Epistola patere dicit, (17) non ut Romani Præsulis auctoritatem, sed temeritatem, ex præjudicata opinione ostendat; subjungit enim, *negationem illam communionis non tantum facti fuisse, sed & juris, frustra Baronium, Perronium, cæterosque quos Gnathones Gnatho ipse appellat, contendere.* Stephanus Re-baptizantes non excommunicat, sed minatur. (18) Nos vero Stephanum, nec Cyprianum, nec Firmilianum, eisque in errore consentientes Episcopos excommunicasse, sed tantum intra minas stetitisse arbitramur, quod non minus supremam illius potestatem, quam si exequeretur, ostendit. Id vero *jure* factum, Baronius, Perronius, cæterique Romanæ Ecclesiæ addicti, non frustra contendunt; sed Spanhemius cum suis frustra negat.

## §. VIII.

( 17 ) Hist. Christ. Sec. III. | ( 18 ) Ibidem.  
Cap. VIII. Column. 757.

## §. VIII.

*Stephanus ab errore vindicatur.*

**S** Panhemius denique, ( 19 ) aliique, etiam ex Catholicis Romanis, *utrinque peccatum fuisse* contendunt, Cypriano omnium hæreticorum baptismi reprobante, Stephano in oppositum errorem labente, omnium, scilicet, a quacumque hæresi venientium baptismi ratum judicante. Ego vero Stephanum facile vindicandum arbitror; quippe qui id unum vellet, quod antiqua servaretur traditio, id scilicet, quod ab Apostolis traditum esset. Sed illius calumniosos animadvertere debuerunt, quæstionem illam tantum hæretici personam respexisse, a quo, cum extra Ecclesiam esset, Cyprianus, eique consentientes Episcopi, baptismi conferri non posse credebant: nulla igitur de forma quæstio erat, sed de sufficientia ministri; adeoque Stephanus a quacumque hæresi venientes rebaptizandos non esse dicens, de iis necessario intelligendus, qui veram formam adhiberent, de cujus necessitate inter litigantes convenire debuit.

## §. X.

*Factum Dionysii Alex.*

**A**lterum quoque hujus seculi historia, pro Romani Pontificis auctoritate, argumentum, minime prætermittendum, suppeditat; legimus enim ( 20 ) Dionysium Episcopum Alexandrinum apud alterum Dionysium Romanum Episcopum a Pen-

( 19 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. VIII. Column. 758.

( 20 ) Athanasius in Epist. De sententia Dionysii.



( 73 )

Pentapolitanis tanquam *Sabellianismi* reum delatum fuisse, ex quo factum, ut Alexandrinus, missa ad Romanum *Apologia*, se se ab erroris accusatione purgandum curaret. Illa igitur ad examen revocata, Summus Pontifex, & Romana Synodus absolvendum censuerunt. Spanhemius hanc historiam ingenue describit; sed *frustra*, inquit, *Baronius trahit ad Papæ Romani Suprematum*, (21) quo postremo verbo tam inepte *barbarizat*, quantum in cæteris a veritate deflectit.

## C A P U T II.

*Romani Pontificis auctoritas tertio Ecclesiæ Seculo.*

*Ecclesiastica Hierarchia. Ecclesiasticum regimen.*

*Quædam ad disciplinam spectantia.*

## §. I.

**T**Ractandarum rerum hoc capite eadem fere ratio fuit, quæ superiori Seculo. Quapropter singula paucis delibanda, & in quibus novi aliquid disputationi subjicere videamur. De Romani Pontificis supra cæteros Episcopos eminentia ab omnibus, hoc Seculo, cognita prolixè diximus præcedenti capite. Id Moshemius negare non audet; sed honoris fuisse, non auctoritatis absurde, atque imperite supponit. (1) Haud aliter Spanhemius fateri cogitur, (2) sed eodem sensu, utpote communi Protestantium effugio; Auctori-  
tas Ro-  
mani  
Pontifi-  
cis.  
  
Moshe-  
mii, &  
Spanhe-  
mii effu-  
gia.

K

(21) Hist. Christ. Sec. III. | II. Cap. II. n. II.  
Cap. VII. Column. 749. | (2) Hist. Christ. Sec. III.  
(1) Hist. Eccl. Sec. III. part. | Cap. VI. Col. 743.

ita enim inquit: *Magna sane hoc ævo jam fuit auctoritas Romani Episcopi, ob urbis imperantis dignitatem . . . . primum locum tribuit Cyprianus Romano Episcopo, quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma præcedere: quæ postrema verba ex ipso Cypriano profert; sed sensum assequi non potuit, quemadmodum nec aliorum ex ipso Patre, quibus absurde abutitur. Contra vero multa ex Cypriano adduci possunt, quibus Primatus ille non honoris tantum, sed & auctoritatis fuisse, & quidem jure divino, ostendatur.*

## §. II.

*Episcoporum supra Presbyteros eminentia.*

*Sacer Diaconorum Ordo.*

**E** piscoporum supra Presbyteros eminentiam hoc Sæculo Moshemium, (3) & Spanhemium, (4) negare puduit: eam igitur uterque ingenue fatetur; sed primus non modo divini juris, sed & humani fuisse negare videtur, cum ex ipsorum Episcoporum ambitione originem duxisse absurde effutiat: alter vero honoris tantum, ac *προσασιας*, juxta sectæ suæ præjudicia, eam fuisse dicit; sed ex hujus seculi scriptoribus, maxime ex Cypriano, multis in locis, eam quoque auctoritatis fuisse colligere debuit. De Diaconis Spanhemius ipse fatetur, istorum plerumque fuisse hoc seculo, *Eucharistiam, & Calicem fidelibus in manus tradere.* (5) Qua igitur fronte illum Ordinem, tertio Ecclesiæ Sæculo, pro sacro habitum fuisse negabit?

## §. III.

(3) Hist. Eccl. Sec. III. Cap. II. part. II. n. III. IV.

(4) Hist. Christ. Sec. III. Cap. VI. Col. 739.

(5) Ibidem.



§. III.

**D**E regimine Ecclesiastico hujus seculi Mos-  
 hemius ita sentit, ut Christianæ plebis jura  
 ab Episcopis usurpata inepte contendat. (6)  
 Æquius Spanhemii ea de re iudicium: ita enim  
 illud regimen penes Episcopum, *conjunctim cum*  
*Presbyteris, & Diaconis* fuisse dicit, (7) ut alio in  
 loco (8.) magnam quoque in Ecclesiasticis negotiis  
 plebis auctoritatem commemoret, *in electionibus, or-*  
*dinationibus examinibus, absolutionibus* &c. Veram  
 hanc sententiam agnoscimus, sic tamen, ut ma-  
 gna illa plebis auctoritas ad Ecclesiasticam dis-  
 ciplinam spectasse credatur, quam ipsa Ecclesia, si  
 e re sua esse crederet, immutare legitime posset.

*Potestas  
 Christianæ ple-  
 bis in re-  
 gimine  
 Ecclesiæ.*

§. III.

**L**Iberum adhuc Clericorum conjugium, hoc  
 seculo, Spanhemius haud paucis conjugato-  
 rum Presbyterorum adductis exemplis ostendit.  
 (9) Sed Moshemius jam tum a multis Clericis  
 continentiam summa cum laude servatam fatetur,  
 (10) quam tamen observantiam, quia displicet,  
 ex præjudiciis Platonice philosophiæ, ut alio in  
 loco, hec etiam derivandam inepte putat. Nos  
 vero Moshemii prætermisissis nugis, ut alibi,  
 utrumque verum agnoscimus, perpetuam conti-  
 nentiam

*De Cæ-  
 libatu.*

K ii

(6) Hist. Eccl. Sec. III.   (8) Ibidem Col. 745.
part. II. Cap. II. n. III.   (9) Ibidem.
(7) Hist. Christ. Sec. III.   (10) Hist. Eccl. Sec. III.
Cap. VI. Col. 739.   part. II. Cap. II. n. VI.

nentiam nondum hoc seculo fuisse majoribus Clericis lege impositam, a multis tamen jam tum observatam, qui perfectioris vitæ genus, jure, meritoque suscepisse credebantur. ( 11 )

## §. V.

*Quadra-  
gesima.*

**D**E *Ante-paschali* jejunio, necnon de abstinentia a carnibus, juxta Spanhemium, eadem hac ætate ratio fuit, quam præcedenti fuisse dicit, eadem hic quærit vanissima effugia, ne illud quadraginta dierum fuisse fateri cogatur. ( 12 ) Nos quæ ad superius seculum hac de re diximus, iterum reponimus, ac præterea addimus, ex quarti seculi Patribus, tertio natis, ac educatis, invicte demonstrari, hac ætate quadraginta dierum jejunium viguisse.

## §. VI.

*Jejunium qua-  
tuor tempo-  
rum.*

**S**unt, qui a Callisti ætate quatuor temporum jejunia repetant, imo alii ab Apostolis institutum censent, a Callisto auctum. Sed monumentis omnino dubiis utrique nituntur, adeoque Spanhemii, aliorumque, tam ex Protestantibus, quam ex Catholicis, eruditorum virorum, utrumque negantium sententiam probamus. Illud tantum pro certo haberi debet, quinto Seculo, jam ab Ecclesia, hoc quatuor temporum jejunium religiose observatum; ( 13 ) sed Natali Alexandro in uni-  
ver-

( 11 ) Orig. Hom. XXIII. in Num. | Cap. IV. Col. 725.

( 12 ) Hist. Christ. Sec. III. | ( 13 ) Ex Leon. M. in variis Serm. de jejunio.



versa Ecclesia jam tum obtinuisse contendenti (14) non omnino assentiendum arbitror; Magnum quippe Leonem, cujus auctoritate potissimum innitur, de Romana tantummodo Ecclesia, non solum Dallæus, sed & plures ex Catholicis eruditi viri, quos inter Muratorius, intelligendum censent.

## §. VII.

**N**Otissimi, hoc Seculo, Monasticæ vitæ patres, ac Eremiticæ institutores fuere Paulus, & Antonius: fervente enim Deciana persecutione, multi homines in Ægypto, ut hujus tempestatis æstum declinarent, in proximas solitudines, & montes sese receperunt, ibique in pietate, atque in divinarum rerum contemplatione se se exercentes perfectissimi illius vitæ generis fundamenta jecere, quorum veluti duces duo illi eximii viri extiterunt. Hanc Monasticæ, & Eremiticæ vitæ institutionem Moshemius negare non audet; (15) ita vero, ut non tam ex Deciana persecutione, quam ex Platonice philosophiæ præjudiciis derivandam, absurde, ut solet, effutiat. Spanhemius, postquam illius vitæ originem in Deciana persecutione statuit, aliam subjungit, nimirum, *ab Eustathianis, Manichæis, Nudipedalibus, Euchetis derivatam.* (16) Hanc autem non ille legit, sed somniavit, media in luce cæcutiens.

De Monachis.

vs

## §. VIII.

(14) Hist. Eccl. Sec. II part. II. Cap. III. n. III.  
 Dissert. IV. artic. IV. prop. (16) Hist. Christ. Sec. III.  
 (15) Hist. Eccl. Sec. III. Cap. XIV. Col. 802.

## §. VIII.

*De Templis.* **L**oca publica hoc seculo extitere divino cultui consecrata ; sed *Templorum* nomen jam tum illis inditum minime constat : forsan , ut mihi videor , ab ea adpellatione veteres abstinuere , propterea quod eo nomine nuncuparentur loca idolorum cultui destinata. Hinc facile solvitur excitata inter eruditos controversia , an hoc seculo templa Christianis fuerint. At in *Ecclesiis* , quo nomine illa sacra loca dicebantur , jam tum imagines fuisse , aliaque ornamenta saltem nonnullis in locis ; vel ipse Moshemius verisimile esse fatetur ; ( 17 ) sed Spanhemius de imaginibus prorsus negat , ( 18 ) ne illis tantum honorem deferre videatur. Primi sententiam veram esse , vel ex ipso Illiberitano Concilio , sequenti seculo in eunte , celebrato , quod perperam adversarii in causæ suæ præsidium adducunt , haud obscure colligitur. ( 19 )

*De Imaginibus.*

CA-

( 17 ) Hist. Eccl. Sec. III. part. II. Cap. IV. n. II.	( 19 ) Can. 36. Supponit morem fuisse Ecclesiæ , ut sacras imagines coleret.
( 38 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. IV. Col. 718.	



C A P U T III.

*De Doctrina tertii Ecclesiae Seculi hodie a Protestantibus improbata.*

**Q**uoad controversa hodie inter Christianos capita, inquit Spanhemius, (1) eximia sunt omnino, in monumentis hujus seculi, Catholicae, quae eadem & reformatae, causae ac doctrinae omnis praesidia. Hæc ille juxta Sectæ suæ præjudicia: de his vero, quæ inter Catholicos, & Protestantes controversa sunt, ad fidem spectantibus, longe aliter rem se habere sequentia demonstrabunt.

I. Pro *sufficiencia* Scripturarum ad fidem, ac doctrinam, *Traditionibus nullis admittis*, Spanhemius, Tertullianum, Origenem, & Cyprianum Laudat. (2) Verum & ille ipse, & Theologi, quos commemorat, illorum Patrum testimoniis abutuntur, ex quorum Scriptis, si hæc, deposito partium studio, attente legerent, contrarium certe concluderent. Deinde cum plura dogmata Protestantes nobiscum propugnent, quæ in Scripturis, aut nullo pacto, aut nonnisi obscure continentur, profecto memorati Patres non aliter, ac illi desiperent, si ad ea probanda Scripturam, re-  
*De Sufficiencia Scripturarum.*  
*Traditionum necessitas.*

II. Et vero quoad Tertullianum, vel ipse Spanhemius, ut mihi videor, animadvertit, ex  
ejus

( 1 ) Hist. Christ. Sec. III. | ( 2 ) Hist. Christ. Sec. III.  
Cap. III. Col. 705. | Cap. III. Col. 706.



De iis  
judici-  
cum Spa-  
nhemii  
Pontifi-  
ciis fa-  
vens.

ejus Libro de *Præscriptione Hæreticorum* evinci posse eum haud aliter de traditionibus sensisse, ac hodie Catholici sentiunt. Hinc effugia quæritans in ipsam, a qua refugiebat, veritatem incidit, ait enim: (3) *Præscriptio illa ipsa Tertulliani non est antiquitatis assertio nuda, sed illius evictio, demonstratio, inde ab Apostolis, indubiis testibus, qualem a Latinis exposcimus, in assertis a se Capitibus.* Bene habet; sed Catholici Romani non aliam Traditionem propugnant, ut fidei regulam, nisi ab Spanhemio requisitam, quidquid ipse, cæterique adversarii garriant.

De Sa-  
tisfa-  
ctione  
Christi.

III. *Pro satisfactione Christi, ut sine Incarnationis,* Spanhemius, ex hoc Seculo, multa profert: (4) idem a Catholicis Romanis prædicari, ignorare non potuit; sed eo, ni fallor, consilio probat, ut satisfactionem ex parte hominis excludat: frustra vero; ipse enim Cyprianum tali consilio adversantem vidit, quem absurde interpretandum curavit. (5)

De Jus-  
tificatione.

III. Hac etiam ætate, *Justificationem ex mera gratia, per fidem, citra operum meritum,* docuisse existimat Tertullianum, Origenem, Cyprianum, (6) ex quibus haud pauca pro errore adducit: sed, si verus istorum sensus exquiratur, ne tale quidem somniasse perhibentur; imò Origenes contrarium apertissime docuit. (7) Ea igitur, hoc Seculo, de *justificatione* fides extitit, quæ præcedenti fuit, & sequenti, cum, qui adversaretur, nemo inveniat.

V.

(3) Ibidem.	(5) Ibidem Col. 712.
(4) Hist. Christ. Sec. III. Cap. III. Col. 729.	(6) Ibidem.
	(7) In Cap. IV. Ep. ad Rom.



De bonorum operum merito.

V. De bonorum autem operum merito hujus ætatis Patres minime dubitarunt, de quo apertissime Tertullianus, ( 8 ) Origenes, ( 9 ) Cyprianus. ( 10 ) Et quidem nonnulla Cypriani testimonia Protestantium doctrinæ adversantia, Spanhemium, ut puto, non fugerunt: quæ cum causæ suæ molesta esse animadverteret, a proprio, ac naturali sensu, inani opera, in alienum detorque curavit, ( 11 ) *demonstratum alias ad nauseam* dicens, *promeri, haud esse aliud, Cypriano, cæterisque fere Patribus, quam consequi, impetrare, obtinere.* Sed melius diceret, se ita quidem, suosque *ad nauseam* demonstrare voluisse, quod ut non obtinerent, effecit, sermonis, & sententiarum contextus *vocem illam* in proprio, ac naturali sensu a Patribus usurpatam aperte ostendens.

Confirmationis Sacramentum.

VI. Confirmationis quod dicimus Sacramentum, hoc Seculo, pariter ac superiori, fatente Spanhemio, ( 12 ) post Baptismum administrari solitum, per manuum impositionem, æque ac Unctionem, Tertulliano, ( 13 ) & Cypriano, ( 14 ) testibus locupletissimis. Nec dubium est, illum ritum, *manuum* scilicet *impositionis, & unctionis*, jam tum pro Sacramento habitum fuisse, quidquid Spanhemius cum suis inepte sentiat.

VII. In capite de Eucharistia, inquit Spanhemius,

( 8 ) Lib. de Resurrect. Carnis.  
 ( 9 ) In Epist. ad Rom. explicans Cap. 2.  
 ( 10 ) Lib. de Unitate Ecclesiæ, cujus auctoritatem Heterodoxi quidam Critici, in primis Rivetus, frustra elevare conantur.

( 11 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. III. Col 710  
 ( 12 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. IV. Col. 719. & 720.  
 ( 13 ) Lib. de Bapt. Cap. VII.  
 ( 14 ) Ep. 73. ad Jubajanum.



De Eu- mius, post Tertullianum, præsentiam realem, Trans-  
 charistia. substantiationem, oralem manducationem, nescivere  
 hac ætate vel Origenes, vel Cyprianus, ut bi sint  
 omnium instar. ( 15 ) Volumus & nos ex istorum  
 testimoniis, quid, hoc Seculo, omnes credide-  
 rint, dijudicare. De Tertulliano jam ad superius  
 Seculum. Cyprianus ad Cœcilium Fratrem aperte  
 dicit, ( 16 ) invenimus vinum fuisse, quod sanguinem  
 suum dicit, cujus loci perspicuitatem frustra Spa-  
 nhemius obscurare conatur. ( 17 ) Verum & aliis  
 in locis idem Cyprianus Catholicorum doctrinam  
 expressit. ( 18 ) Origenes etiam pro nostra senten-  
 tia non uno tantum in loco præclara reliquit tes-  
 timonia: ( 19 ) quæ vero ex ipso nobis in speciem  
 adversantia produci possunt, a Clariss. Huetio ita  
 plana redduntur, ut vel ipse Spanhemius, quan-  
 vis non assentiat, tamen viri magni, & insignis  
 acumen agnoverit.

Commu-  
 nio sub  
 una tan-  
 tum spe-  
 cie.

VIII. Communionem sub una tantum specie,  
 hoc Seculo, quandoque administratam haud obscu-  
 re demonstrant, Eucharistia domi asservata, ibi-  
 que accepta, ( 21 ) sub vini specie tantum pueris  
 administrata, ( 22 ) eadem ad infirmos in sola pa-  
 nis specie delata. ( 23 ) Quæ cum Spanhemius  
 negare non possit, inter abusos & novos, hac jam  
 æta-

( 15 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. III. Col. 711.	ponens C. 25. & Hom. 5. in diversa loca Evangelii.
( 16 ) Epist. LXIII.	
( 17 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. III. Col. 711.	( 20 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. III. Col. 712.
( 18 ) Lib. de Lapsis. Ep. 54.	( 21 ) Ex Tertull. Lib. ad Uxorem. C. 3.
( 19 ) Hom. 13. in Exod. ex-	( 22 ) Ex Cyp. Lib. de Laps.
	( 23 ) Ex Cypr. & Eusebio Lib. 6. H. E. Cap. 44.



*ætate in Eucharistica sacra* inuestos de more refert. (24) Sed hujusmodi abufum in una tantum fpecie tradenda Veterum nemo agnovit: ex Spanhemii ergo præjudiciis antiquiffima illa confuetudo *abusus* hoc nomine dicitur.

VIII. Non uno tantum in loco Spanhemius fateri cogitur, (25) hujus Seculi Patres ufos fuiſſe vocibus, *Sacrificii, Oblationis, Sacerdotis, Altaris, Liturgiæ*, quas tamen improprio fenſu uſurpaſſe contendit, atque hic Cardinalis Bonæ teſtimonium malitioſe profert aſſerentis, *Multa quidem vocabula nobis & præſcis Patribus communia eſſe, ſed fenſu longe diverſo. Sed virum illum eruditiffimum ad memoratas voces non reſpexiſſe, Spanhemio perſuaſum fuiſſe credo. His autem Patres ufos fuiſſe, cum de Euchariftia ſermo eſſet, nemo nescit, quas etiam quotidie, frequentiffime uſurpare ſoliti, adeoque non improprio, ut patet, ſed vero fenſu. Sed Cyprianus omnium inſtar ſit; ait enim: (26) *Sacerdos vice Chriſti vere fungitur... & Sacrificium verum, & plenum offert in Eccleſia Deo Patri.**

X. Pœnitentiam, hoc Seculo, pro Sacramento habitam, ex Cypriano, (27) de quo jam ad ſuperius Seculum, aperte evincitur. *Privatam* quoque peccatorum confeſſionem jam hæc ætate obtinuiſſe tam certum eſt, ut Spanhemius non modo fateatur, ſed etiam ex Socrate, & Sozomeno probet. (28) In illa autem confeſſione delicta tam

L ii

pu-

(24) Hiſt. Chriſt. Sec. III. Cap. IV. Col. 724.

(26) Ep. 63. ad Cœcilium.

(27) Lib. de Lapiſis. Ep. 34 & 67.

(25) Hiſt. Chriſt. Sec. III. Cap. III. Col. 714. 716. 718.

(28) Hiſt. Chriſt. Sec. III. Cap. V. Col. 734.



publica , quam occulta Sacerdoti exponebantur , vel ipso fatente Spanhemio , Cypriani auctoritate coacto. ( 29 )

*Infirmorum Unctio.* XI. Infirmorum Unctionem ab Origene hoc Seculo , commendatam invenimus , de qua ita sentit , ut pro Sacramento habuisse evincatur. ( 30 ) Nec dubium esse potest ex tanti viri testimonio , illius Unctionis observantiam , quæ , vel fatentibus adversariis , Apostolorum ætate viguit , hac etiam viguisse , cum & de sequentibus apertissime pateat.

*De Sacramento Ordinis.* XII. De Sacrorum Ministrorum Ordine , præter Tertullianum , de quo ad præcedens Seculum , multa hac ætate Cyprianus : *Ordinationem clericam* ipse appellat , ( 31 ) & quidem ad divina peragenda ministeria , ab Episcopo , Spiritualem potestatem conferente , factam ; Christianorum quoque Sacrificium ab initiatis tantummodo oblatum commemorat. ( 32 ) Quid vero præterea requiritur , ut pro Sacramento habuisse credamus ? Eandem quoque de Matrimonio , hac ætate , fuisse sententiam ex Tertulliano colligitur , ( 33 ) cujus pro hoc Sacramento auctoritatem jam haud semel laudavimus ; sed de eo plura , ac apertiora ætatum proxime sequentium Patres.

*Sanctorum cultus , invocatio.* XIII. Spanhemius e re quoque sua esse duxit , si Sanctorum cultum , & sacrarum Reliquiarum , si illorum invocationem , hac ætate in usu fuisse negaret , ut revera negat , ac inutili opera demonf-

tra-

( 29 ) Ibidem.

( 30 ) Hom. 2. in Levit.

( 31 ) Ep. 33. &amp; 66.

( 32 ) Ep. 37. &amp; 63. , aliisque in locis.

( 33 ) Lib. 2. ad Uxorem , &amp; Lib. de Præscript. C. 40.



( 85 )

trare præsumit. ( 34 ) Sed pro Sanctorum religioso cultu, ex hoc Seculo, apertum Cypriani testimonium habemus, ( 35 ) & pro invocatione, præter Cyprianum ipsum, ( 36 ) Origenes præclara suppeditat. ( 37 ) Quid ? Vel ipse Spanhemius fateri cogitur, *creditam illorum pro vivis intercessionem, jam tempore Origenis, & Cypriani:* quod tamen, ne veritatem agnovisse fateatur, Platonice disciplinæ vitio absurde vertit. ( 38 )

XIII. De Sacrarum Reliquiarum religioso cultu, hoc Seculo, quidquid Spanhemius frustra contendat, dubium esse non potest, tum ex his, quæ ætatis proxime sequentis Patres, non quasi nuper inventa, sed tanquam a maioribus accepta tradidere, ( 39 ) tum ex monumentis ab Spanhemio probatis, de quibus ad superius Seculum.

*Cultus  
Sacra-  
rum Re-  
liquia-  
rum.*

XV. Doctrinam de *Purgatorio* hoc Seculo traditam ostendunt *preces, & oblationes pro mortuis*, quæ ex Tertulliano, Cypriano, Origene, fatente Spanhemio, ( 40 ) constant: sed ne veritatem fateri cogatur, ad consuetum effugium provocat, id nempe *falsa ex hypothesis de statu animarum, & ex pagana quoque disciplina* originem habuisse effugiens. ( 41 )

*De Pur-  
gatorio.*

XVI. Id quoque non uno tantum in loco Spanhemius præfracte negat, ( 42 ) nondum scilicet hac

*Sacrifi-  
cium pro  
mortuis.*

( 34 ) Hist. Christ. Sec. III. C. III. Col. 713.

( 35 ) Ep. 37.

( 36 ) Ep. 57. & alibi.

( 37 ) Lib. VIII. contra Celsum.

( 38 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. III. Col. 713.

( 39 ) Præter alios Eusebius Lib. 4. Hist. Eccl. C. 5. & Lib. 7. C. 19.

( 40 ) Hist. Christ. Sec. III. C. IV. Col. 727. & 728.

( 41 ) Ibidem.

( 42 ) Hist. Christ. Sec. III. Cap. IV. Col. 724. & 728.

hac ætate *Sacrificium Missæ* pro mortuis offerri consueviffe; sed contrarium ex Cypriano, ut alios taceam, aperte evincitur. ( 43 )

De In-  
dulgen-  
tiis.

XVII. Creditum hoc Seculo in Ecclesia potestatem esse *Indulgentias* concedendi, quod ex Tertulliano, & Cypriano, constat, tradentibus, in more Ecclesiam habuisse ad Martyrum preces pœnitentibus pœnas remittere. Spanhemius *has indulgentias* commemorat, quas tunc fieri consueviffe fatetur; sed ab his, quæ in Romana Ecclesia concedi solent, longe distare contendit. ( 44 ) Fallitur tamen, si res ipsa, non modus, spectetur. Romana enim Ecclesia *indulgentias* nihil aliud esse credit, quam temporalis pœnæ remissionem, qua Deo satisfieri necesse esset. Sed & antiqui illi Patres pœnis, quæ per *indulgentias* remittebantur, Deo satisfieri pro certo habebant. ( 45 )

vs

Quar-

( 43 ) Epist. 66. ad Clerum, | Cap. V. Col 738.  
& plebem Furnitanam. | ( 45 ) Tertul. Lib. de Pœnit.  
( 44 ) Hist. Christ. Sec. III. | Cypr. Serm. de Lapsis.



*Quartum Ecclesiae Seculum.*

## C A P U T I.

*Quæ ex historia hujus Seculi Romanum Episcopum  
supremam auctoritatem exercentem exhibent.*

*Quæ in speciem opponuntur.*

**G** Emente, per tria priora Secula, sub imma-  
nissimo Persecutorum imperio, JESU Christi  
Ecclesia, & gravissimis undique persecutio-  
num quassata procellis, mirandum non erat, si  
de quibusdam Christianæ Religionis Capitibus, aut  
nulla, aut non aperta extarent, luctuosæ, atque  
obscuræ illius ætatis monimenta. Sed, hoc quarto  
Seculo, ex tot malis, Dei Opt. Max. beneficio,  
emergente, pacemque ei, & libertatem Constan-  
tino Imperatore religiosissimo concedente, qui  
rem Christianam quibuscumque poterat modis  
adaugendam curabat, mutata illico illius facies,  
nitidior, ac venustior, ut sperandum erat, appa-  
rere visa est. Hinc quis non videat, fore, ut sen-  
sim aperto in lumine collocarentur, quæ ad id  
temporis velut involucris tecta, aut non satis evo-  
luta essent? Atque ut quidem fieri debuit, ita  
factum fuisse omnes norunt. Sed Protestantes ali-  
ter sentire videntur, qui productis ex hac ætate  
apertissimis monumentis oppressi, ad trium prio-  
rum seculorum tenebras sese recipiunt, ac dum  
in iis, quæ sibi favere existimant, sanctorum Pa-  
trum

trum hujus seculi auctoritatem prædicant, in aliis, quæ displicent, de errore passim accusare non verentur: hæc autem illorum videtur esse sententia, ut cum pace, & libertate Ecclesiæ, non veritatis lumen, sed errorum caligo in ipsam Ecclesiam invec-ta fuerit: ita quidem, qui media in luce cæcutiunt, sentire debuerunt. Nos vero, spretis eorum præjudiciis, quidquid præcedentibus Seculis obscurum videbatur, hujus ætatis luce aperiendum recte censemus: jam ut hunc finem consequamur, quæ ad suscepti operis institutum pertinent, paucis delibemus.

## §. I.

Convo-  
catio  
Concilii  
Nicæni.

**A** Concilio Nicæno Generali primo exordium sit. Hoc a Constantino Imperatore religiosissimo convocatum fuisse uno ore Veteres tradiderunt, quo factò Protestantes abuti solent ad Romani Pontificis auctoritatem in Conciliis generalibus convocandis oppugnandam. Verum quam inepte: primum enim Silvestrum Pontificem Maximum consensum præbuisse, vel ex eo aperte evincitur, quod illi Concilio per legatos interesse voluerit, ex quo etiam infertur, quam immerito Spanhemius dixerit, hunc consensum *bariolari de suo Baronium, Biniium, Belarminum, Maimburgum.* (1) Deinde, qui ex Sacerdotum sententia, ut ait Ruffinus, Synodum convocavit, nonne æquum est, Romani Pontificis assensum exquisivisse judicemus, maxime cum *præter sententiam*

Ro-

( 1 ) Hist. Eccl. Sec. IV. Cap. X. 895.



( 89 )

Romani Episcopi aëta constituta irrita essent, ut ait Sozomenus, (2) vel ipso Basnagio assentiente?

## §. II.

**S**ed hoc Seculo Conciliorum generalium indidencendorum auctoritatem in Romano Pontifice agnoverunt Concilii Constantinopolitani primi Patres Epist. ad Damasum apud Theodoretum, (3) necnon Valentinianus Imperator, teste Sozomeno, (4) ut Concilia trium priorum seculorum spatio, sola Ecclesiæ auctoritate, non vero Imperatorum, convocata, & cætera taceam.

Conciliorum  
Generalium in-  
dicendorum au-  
toritas  
Episco-  
po R. as-  
serta.

## §. III.

**D**E illius Concilii Præside, fatetur quidem Spanhemius, ex Launojo, *nomine Silvestri adfuisse Vitum, & Vincentium Presbyteros, quod omnes referant; non vero præfuisse, quod nullis Veterum in mentem venit: (5) sed hos Presbyteros Romani Episcopi vices adimplevissent Veteres ipsi testantur, (6) qui quidem una cum Osio Cordubensi primum locum obtinere: quid præterea requiritur, ut præfuisse credamus, maxime cum Spanhemius hunc honorem Silvestro, si adesset, deferendum existimet? (7) Sed de Osio non æque expedita quæstio esse videtur, quem quidem pri-*

De Præ-  
side Con-  
cilii Ni-  
ceni.

Mum

(2) Lib. 3. Cap. 9.

(3) Lib. 5. Hist. Eccl. Cap. 9.

(4) Lib. VI. Cap. 7.

(5) Hist. Christ. Sec. IV.

Cap. X. Col. 896.

(6) Eusebius, Socrates, Cyzicenus, Theodoretus, cæt.

(7) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. X. Col. 897.

num locum , una cum memoratis Presbyteris , obtinuisse omnes referunt ; cujus autem nomine non omnes æque exprimunt. Verum cum Hispanus ille Episcopus primus omnium , etiam ante Vitum , & Vincentium Synodo subscripserit , inde , ni fallor , Romani Pontificis nomine præfuisse concluditur , testante etiam Gelasio Cyziceno , ( 8 ) & aliis , quidquid Spanhemius aliique hariolentur. ( 9 )

## §. III.

*De Canonone VI. Concilii Nicæni.*

**C**anonem hujus Concilii sextum Protestantes ad Romani Pontificis Primatum evertendum maxime urgent : de sexto , & septimo *misere venatis* , ( scilicet a Pontificiis ) *sexto maxime* , Spanhemius tragice queritur. ( 10 ) Scio equidem de illius sensu inter viros , etiam in Romana Ecclesia , eruditissimos , longum , & grave esse diffidium ; si vero de jure Metropolitico , si de Patriarchico , ut credimus , intelligatur , nihil sane ex eo adversus Romani Pontificis Primatum evincitur , quidquid Spanhemius cum suis velit.

## §. V.

*De jure Appellationum ad R. Episcopum , in Concilio Sardisensi.*

**A** Concilio Nicæno ad cætera , quæ huc spectare videbuntur , æquum est , gradum faciamus. Ac primum de Sardicensi , illius Canon occurrit pro adpellationibus ad Romanum Pontificem a quorumcumque Episcoporum judiciis , cujus aucto-

( 8 ) Lib. 2. Hist. Concilii Nicæni Cap. 5.

( 9 ) Supra citato loco. Col. 896.

( 10 ) Eodem loco. Col. 898.



( 91 )

toritatem frustra Spanhemius labefactare conatur. ( 11 ) Verum nec in eo Canone jus aliquod Romano Episcopo, quo antea non frueretur, accessit; illud enim jam tum exercuisse, multis ad superiora Secula demonstratum est: non igitur Sardicensi Canonè de novo institutum, sed confirmatum, quidquid Spanhemius, aliique frustra contendunt. Denique post Concilium Sardicense Appellationum usum, tam in Ecclesia Orientali, quam Occidentali, frequentem fuisse, adversus Petrum de Marca, aliosque, ostendere operosum non erit.

## §. VI

**I**Nter alia, quæ Spanhemius ad memorati Canonis Sardicenis auctoritatem elevandam profert, illud Concilium Œcumenicum nõ fuisse contendit. ( 12 ) Eadem sane est quorundam in Romana Ecclesia virorum eruditorum opinio; sed contrarium apud fere omnes convenit, & quidem Œcumenicum fuisse multa demonstrant. Quanquam vero id evinci non posset, tamen de illius maxima auctoritate dubitandum non esset.

*Sardicense  
Concili-  
um Œcu-  
meni-  
cum.*

## §. VII.

**S**Panhemius, qui, ut jam dixi Sardicenis Concilii auctoritatem evertere conatur, Œcumenici secundi, quod est Constantinopolitanum primum, stabilire nititur: ( 13 ) scilicet quod in illo

*Quis  
Concili-  
um Œcu-  
menicum  
II. indi-  
xerit.*

( 11 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. IX. Col. 876.

( 12 ) Ibidem.

( 13 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. X. Col. 902.

Romani Pontificis auctoritas asserta videatur, in isto denegatam existimet. Sed de secunda generali Synodo misere fallitur. Hanc a Theodosio Magno Imperatore indictam agnoscimus, & quidem, *inconsulto Damaso*, Romano Pontifice, ut *fatentur doctiores Pontificiorum*. Contrarium enim Baronius, & Binius non iis argumentis probant, ut eorum opinioni subscribere teneamur. Œcumenicam pariter fuisse concedimus; sed Spanhemii fraudem hic latentem detegamus; vult enim hanc prærogativam de Concilio CL. Episcoporum Orientalium, Constantinopoli coacto, cui Occidentales non interfuere, intelligi. Id vero cui in mentem venire poterit, quanquam ipse Spanhemius ex Occidente duos Episcopos proferat? Itaque illud Concilium propterea Œcumenicum dici potest, quod cum Papa Damaso, & Occidentalium Episcoporum Concilio per id temporis celebrato, in eadem fidei expositione convenerit. Hinc ex utroque Œcumenicum evasit: atque cum hoc ita sit, nihil Spanhemius in eo Concilio Romani Pontificis auctoritati derogans inveniet.

#### §. VIII.

*De Canone III.  
Concilii  
Constant.  
I.*

**C**anonem hujus Concilii tertium Spanhemius haud parum negotii Catholicis Romanis facessere existimat, cum in eo secundus a Romano Episcopo locus Constantinopolitano assignetur, quod esset Urbs Constantinopolis *Nova Roma*. Unde, inquit, *hunc Canonem vellet Baronius, Binius, Allatius, & Sequaces dispunctum, aliis alia haviolantibus*



( 93 )

*bus.* ( 14 ) Sed non est, cur Spanhemius Catholicos Romanos illius Canonis pondere, velut Æt-na, oppressos censeat. Primum enim Occidentalem Ecclesiam illum Canonem non recepisse, etiam usque ad Leonem I., dici posset, quidquid Spanhemius aliter opinetur. ( 15 ) Sed & si admittatur, quemadmodum Chalcedonensis 28., nihil inde adversus Romani Pontificis Primatum efficitur, cum non repugnet, ut, aliquo modo, jure divino, & humano institutum dicatur. Deinde si illi Patres hujusmodi Primatum mere humanum credebant, cur translata jam ex Urbe Constantinopolim sede Imperii, non illum itidem transtulere, præsertim cum Alexandrinam Ecclesiam, quæ secundi, Antiochenam, quæ tertii honoris privilegio, juxta Nicænum Concilium, gaudebat, locum post Constantinopolitanam habere decreverint?

## §. VIII.

**S**ed & præclara, hoc Seculo, pro suprema Romani Pontificis auctoritate facta contigerunt. Primum enim, nemo est in Historia Ecclesiastica ita hospes, ac peregrinus, qui nesciat, virum illum eximium Athanasium a Tyria Synodo damnatum, & sede sua exturbatum, ad Julium Pontificem Maximum confugisse, qui cum causæ cognitionem susciperet, de ea summo jure sententiam tulit, Athanasio communionem, & Episcopatum restituens.

*Athanasius ad R. Pontificem confugit.*

## §. X.

( 14 ) Ibidem. Col. 903.

( 15 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. X. Col. 904.

## §. X.

*Appel-  
lationes  
ad R.  
Pontifi-  
cem.*

Sunt etiam notissima, hoc Seculo, Marcelli Ancyrani ad Julium I., (16) Eustathii Sebasteni ad Liberium, (17) & ut alios prætermittam, Joanis Chrysofomi, viri doctrina, & sanctitate clarissimi ad Innocentium I., sequenti sæculo in eunte, (18) confugia, qui omnes ab Romanis illis Pontificibus, jure proprio, post susceptam causæ cognitionem, vel absoluti, vel restituti fuere. Ex iis, aliisque factis Spanhemius fateri cogitur jam tum Romani Episcopi magnam fuisse auctoritatem; (19) sed frustra addit, *ejus judicio, ut arbitro ex compromisso partium, vel mandato Imperatorum, causas sæpe commissas, & alia inanissima, ut a Romano Pontifice summum jus sententiæ de hujusmodi causis ferendæ removeat.*

## CAPUT II.

*Ecclesiasticum Regimen. Hierarchia. Quædam ad Disciplinam spectantia.*

## §. I.

*R. Pon-  
tifex Ca-  
put Ec-  
clesia-  
rum.*

Jam, hoc Seculo, Spanhemius Romanum Episcopum, *Caput Ecclesiarum* dici consuevisse, licet invitus agnoscit, (1) *qua adpellatione sensim Ro-*

(16) Sozomenus Lib. III. Cap. 2. & alii.

(17) Basilius Epist. 74.

(18) Ex binis ejus Epist. ad Innocentium.

(19) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. IX. Col. 875.

(1) Hist. Christ. Sec. IV. Col. 847. & Col. 874.



( 95 )

Romanam Ecclesiam abusam fuisse mentitur: ( 2 ) sed & ipsam ex præjudiciis, quibus misere excæcatur, inepte interpretandam suscipit. ( 3 ) Hoc etiam *Seculo creditam æqualitatem omnimodam Petri, & reliquorum Apostolorum*, inquit Spanhemius, & pro hac falsa opinione laudat ( 4 ) Epiphanium, Ambrosium, Hieronymum, Gregorium Nazianzenum, Chrysoptomum, qui tamen contrarium apertissime tradiderunt. *Petram*, quoque, *Ecclesie*, de qua *Christus*, *creditam Petri fidem, confessionem*, inquit ipse; ( 5 ) sed addere debuit, ipsius etiam Petri personam pro hac *Petra* fuisse acceptam, quo nihil apertius constat. Denique *Pontificatum Æcumenicum, seu dominium Papæ in universalem Ecclesiam*, hoc Seculo, *ignotum* asserit. ( 6 ) Sed illius *Primatus* tam honoris, quam jurisdictionis, ut aiunt, minime ignotus, ex quo tantum, non alio sensu, Romanus Episcopus *Universalis* dici potest, nec *secus*, ut fingit Spanhemius, ( 7 ) *contendere cæperunt Latini posteriores*, id est, *Catholica Romana Ecclesia non aliter sentit.*

Refellitur Spanhemius.

us

## §. II.

**C**reditam, hoc Seculo, Episcoporum supra Presbyteros eminentiam, vel ex eo aperte evincitur, quod cum Aelius prærogativam illam, atque omne discrimen tolleret, de hæresi postulatus

Episcoporum  
Eminentia supra  
Presbyteros.

( 2 ) Ibidem.

( 3 ) Ibidem. Col. 874.

( 4 ) Ibidem Cap. V. Col. 850.

( 5 ) Ibidem.

( 6 ) Ibidem.

( 7 ) Ibidem.

tus fuerit: ( 8 ) nec in eo tantum hæc hæresis constituta esse potuit, quod Aerius, ut Spanhemio placet, receptæ consuetudini, & ordini Ecclesiarum opponeretur. Hinc jure Petavius, *non gratis*, ut vult Spanhemius, in Aerianis *expressam esse Hæreticorum hujus temporis imaginem* affirmat. ( 9 ) De Diaconis, hoc Seculo, extra controversiam est, fatente Spanhemio, ( 10 ) sacra ministeria, illorum partes fuisse præcipuas.

## §. III.

*De Patriarchis.*

**F**ormam Politici regiminis mutatam, hoc Seculo, *imitata est forma Ecclesiastica*, inquit Spanhemius. ( 11 ) Præclara hinc Ecclesiasticarum Dignitatum nomina, ac tandem ipsæ Dignitates, ex parte hoc Seculo, at potissimum vero sequentibus, ut ipse contendit. De *Patriarchica* vero Dignitate, Spanhemius, & sequaces mihi videntur præcipue solliciti, quam in Ecclesiam sero inductam volunt, ut Nicænum Canonem VI. adversus Romanum Pontificem facilius interpretentur. Sed ex omni parte verum non est, quod dicunt. Si enim *Patriarchæ* nomen spectemus, id quidem post Concilii Nicæni tempora invaluisse fatemur, si rem, & ipsam dignitatem, ac potestatem, ante illud Concilium extitisse, dubitari non potest. Quis enim est, qui nesciat, quanta jam tum Alexandrini Episcopi potestas extiterit, utique *Patriar-*

( 8 ) Fusc apud Epiphanium | Cap. IX. Col. 872.  
Hær. LXXV. | ( 10 ) Ibidem Col. 870.  
( 9 ) Hist. Christ. Sec. IV. | ( 11 ) Ibidem Col. 873.



*triarchica*, quam Nicæno Canone VI. assertam agnoscimus? Non ergo Baronius, & sequaces, quod *Patriarcharum & rem, & nomen* jam prioribus seculis adinvenerint, ludibrium debent, ut vult Spanhemius; (12) sed ei, qui nullo discrimine, utrumque negat, ne ludibrio eruditus sit, maxime verendum.

+ pati

§. III.

**M**onachorum institutum, hoc Seculo, sanctissimorum virorum studio, late propagari cepit, de quorum vivendi ratione Spanhemius haud pauca narrat, (13) id semel, & iterum monens, (14) tum procul fuisse hodierna vota; & ut verbo dicam, eo conatus suos intendit, ut hodiernam Monachorum vitam, atque institutum ab antiquis longe diversum ostendat. Et vero Monasticam disciplinam, ab ea, quæ hoc Seculo vigebat, severitate haud parum declinasse fatendum est, ut fert humanarum rerum conditio; sed nihilominus, quæ ad illius vitæ substantiam pertinent, institutumque perficiunt, servata semper fuisse facile ostenditur. Primum vero, quoad hodierna Monachorum vota, quæ præcipue Spanhemius antiquis ignota vellet, dubitandum non est, eos, qui hoc Seculo Monasticam profiterentur, *obedientiam, continentiam, paupertatem* fuisse professos, ita ut oppositum vitæ genus amplecti non liceret. Deinde jam a quarto Seculo ad nostram usque ætatem

De Monachis.

N

ea

(12) Ibid. Col. 874. (14) Ibidem Col. 935. &  
(13) Hist. Christ. Sec. IV. | 935.  
Op. 14. Col. 934.



ea semper extitit Monachorum vitæ institutio, ut in literis, in doctrina, in pietate, in jejuniis, in charitatis officiis, in divinis laudibus die noctuque celebrandis sese exercerent. Hæc non docti tantum vident, sed quisquis oculis, aut mente captus non fuerit. Hinc non Baronii, *institutum illud Seculi IV. ex hodierno Latinorum pessime*, ut ait Spanhemius, ( 15 ) *interpretantis*, sed ipsius Spanhemii contradicentis iniquitas intelligitur.

## §. V.

De Cælibatu Clericorum.

**N**ondum Cælibatus Concilii Nicæni tempore Clericis lege impositus fuerat, nec illius Canonem III. continentiam ab uxoribus ante sacram ordinationem ductis, maioribus Clericis præcepisse credimus, licet viri quidam eruditi aliter sentiant. Multi quidem hac ætate perpetuam continentiam, ut de præcedentibus seculis dictum est, summa cum laude servabant, quod tamen de omnibus intelligi non posse arbitror. Denique hoc Seculo ad finem properante Siricius Papa Episcopis, Presbyteris, Diaconis Cælibatum lege decernit, faventibus sane in latinis Patribus præ cæteris Ambrosio, & Hieronymo, ut fatetur Spanhemius, quos *in conjugium minus æquos appellat*. ( 16 ) Non est autem cur de illius legis sanctimonia, atque æquitate dubitetur, quidquid ipse in contrarium effutiat.

## §. VI.

( 15 ) Ibidem. Col. 937.

( 16 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. VIII. Col. 864, &amp; seq.



§. VI.

**M**irum in modum, hoc Seculo, in sacris Ec-  
 clestasticis, cum Ecclesiæ libertate, pompa  
 crevit; sed pleraque Spanhemius a Gentilibus  
 mutuata refert, ( 17 ) quod quidem multis in lo-  
 cis suadet, ratus inde Romanæ Ecclesiæ notam  
 inuri. Nonnulla sane, vel in ipsa Romana Eccle-  
 sia, eruditi viri a gentibus accepta fatentur, quæ,  
 non video, cur in optimum usum converti non  
 possent. Quid enim absurdi fuerit, si justis de cau-  
 sis Ecclesia, non modo Tempia, sed etiam aliquas  
 Græcorum, & Romanorum cæremonias, ad de-  
 lendas scilicet Gentilium superstitiones, in pro-  
 prium usum, & in veri Numinis cultum transfer-  
 ret? Fallitur itaque Spanhemius siquid forte in-  
 commodi exinde Romanæ Ecclesiæ parere existimat.

*De pom-  
 pa in  
 Sacris  
 Ecclesi-  
 asticis.*

§. VII.

**Q**uoad imaginum usum, Spanhemius candida  
 nigris miscens, inter ea, quæ hoc Seculo pro-  
 bata, vel tolerata refert, illud etiam sub-  
 jungit, ( 18 ) *de picturis in Templis non habendis,  
 interdicientibus Eliberitanis Patribus.* Sed statim  
 alio in loco jam hac ætate imaginum usum publi-  
 cum invaluisse fatetur, quem tamen, cætera in-  
 ter, quæ a Gentilibus accepta contendit, de  
 more refert. ( 19 ) Verum quidquid sentiat, ima-

*De Sa-  
 cris Ima-  
 ginibus.*

N ii

gi.

( 17 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. VI. Col. 851.  
 ( 18 ) Ibidem Cap. V. Col. 850.

( 19 ) Ibidem Cap. VI. Col. 851.



ginum usum præclaræ hujus ætatis Patres sanctum credidisse pro certo habemus.

## §. VIII.

*De Quadragesima.*

*Abstinencia a carnibus.*

**Q**uadragesimam, seu quadraginta dierum jejunium, hoc quarto Seculo, solemnissimum fuisse, ex Patribus aperte constat, quidquid Spanhemius, ut in dierum numero, quibus jejunandum esset, varietatem ostendat, ex Socrate in medium proferat. (20) Pars vero Ecclesiastici jejunii erat *abstinencia a carnibus*, quod Spanhemius negare non audet; sed ad superstitionem, cujus, ut sibi fingit, *in quibusdam ritibus præludia hoc Seculo* fuere, impudenter amandat. (20)

## CAPUT III.

*De Doctrina quarti Ecclesiæ Seculi a Protestantibus rejecta. Dissensus inter illius ætatis Patres, & Protestantes.*

**D**E quarti Ecclesiæ Seculi Doctrina differens Spanhemius diffensum inter illius ætatis Patres, & Latinos hodiernos frustra demonstrare nititur. (1) Hinc viros doctrina, & sanctitate clarissimos ad se invitos quasi fune trahit. E contrario, nos inter, & illos Patres nullum in Doctrina Catholica diffensum esse, maximum vero inter ipsos,

(20.) Ibidem Col. 856. (1) Hist. Christ. Sec. IV  
 (21) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. V. Col. 840. & Seq.  
 Cap. VIII. Col. 864.



iplos, & Protestantes, ipsius Spanhemii methodo facile ostendam.

I. Ex hujus seculi Patribus, etiam ex Hieronymo, quem Spanhemius pro se falso laudat, evincitur, *Sacras Scripturas*, hoc Seculo, non ita sufficientes, ad informationem fidei, & morum, ad dijudicationem dogmatum, ad demonstrationem omnis veritatis creditas, ut sacrae Traditiones non scriptae excluderentur, imo necessariae credebantur, iisque, ut argumento invictissimo, uti consuevere. Secus autem non Tridentini Patres, non hodie- ni Catholici Romani, sed Protestantes.

*De sufficientia Sacrarum Scripturarum.*  
*Necessitas Traditionis.*

II. A fide *Justificationis* exordium esse credebatur, sed non *sola fide justificationem* ipsam obtineri, ad quam hujus ætatis Patres spem quoque, timorem, & caritatem requirebant: cum vero hominem sola fide *justificari*, exclusis operibus, affirmabant, de his, quæ absque gratia fierent, intelligendi sunt, quo sensu Spanhemius, Hilarios, Ambrosios, Hieronymos, Basilios, Epiphianos, interpretari debuit, ne eos pro se stare existimans turpiter falleretur. (2) Non ergo Catholici Romani, sed Protestantes in justificationis doctrina ab illius ætatis fide dissentiunt.

*De necessitate bonorum operum ad Justificationem.*

*ve*

III. Hanc *Justificationem* non fieri per solam *Jesu Christi justitiæ imputationem*, sed per *justitiam nobis inhærentem*: præclare Augustinus: *sicut fides dicta est, non qua credit Christus; sic justitia Dei, non qua Deus justus est, sed qua induit hominem dum justificat impium.* (3) Aliter tamen

*De Justificatione per justitiam inhærentem.*

( 2 ) Ibidem Col. 849.

( 3 ) Lib. de Spiritu, & Litera C. 9.



men non Tridentinis Patribus, sed Calvinistis visum est.

*De Satisfactione.*

III. De peccatorum remissione, tam quoad *Culpam*, quam quoad *æternam pœnam*, in solo Christi sanguine, & merito factam crediderunt; sed *temporales pœnas* homini luendas superesse, ex quo satisfactionem aliquam ex parte hominis, tanquam necessariam Patres prædicarunt. Ita Latini hodierni, contrarium Protestantes.

*De merito.*

V. De bonorum operum merito, apertissima extant hujus ætatis Patrum testimonia, quæ quidem vidit Spanhemius; sed eum inanissimi effugii, nomen *meriti* precario interpretantem, non puduit. (4) Eandem, quæ illi Patres, de bonis operibus, doctrinam, Catholici Romani docent, secus Protestantes.

*Sacramentum Confirmationis.*

VI. Sacramentum Confirmationis, hoc Seculo, traditum, haud aliter, ac hodie Romana docet Ecclesia, Concilia, & Patres aperte testantur. Ex illis omnium instar sint Eliberitanum, & Arelatense I., ex his Cyrillus Jerosolym., (15) & Innocentius I., (6) qui, sequenti Seculo ineunte, Petri Cathedram occupavit. Hoc autem, quod universa Ecclesia antiquitus tradidit, hodie Protestantes omnino rejiciunt.

*De Eucharistia.*

VII. Verum JESU Christi Corpus, & Sanguinem in Eucharistia contineri, passim apud hujus ætatis Patres legimus, afferentes panis, vinique substantiam in illius Corporis, sanguinisque substantiam converti, Gregorio Nysseno, (7) & Cyril-

(4) Hist. Eccl. Sec. IV. Cap. V. Col. 845.  
(5) Catech. 3. Mystag.

(6) Epist. ad Decentium.

(7) Cap. 37. Orat. Catechetice.



rillo Jerofolymitano , ( 8 ) omnium inftar aperte  
 testantibus , de quibus alio in loco jam diximus. *Trans-*  
 Frustra vero Spanhemius quædam hujus Seculi Pa- *substan-*  
 trum verba in contrarium profert , ( 9 ) a quibus *tiatio.*  
 Eucharistia quandoque dicitur , *signum , Symbolum ,*  
*memoriale , imago , Sacramentum , typus , antity-*  
*pum , pignus ;* frustra etiam Chrysofomi ad Cæ-  
 sarium Epistolam opponit ; ( 10 ) hujus enim ,  
 quemadmodum illorum verborum sensum , præju-  
 diciorum pondere oppressus assequi non potuit ,  
 quem ex apertioribus ipsorum Patrum dictis , &  
 sententiis eruere debuit. Frustra denique inter il-  
 los Patres , & Latinos hodiernos , in Doctrina  
 de Eucharistia dissensum quærit , de quo ipsam ,  
 & sequaces rectissime postulamus.

VIII. Voces illas , *Altare , Sacrificium* , a Pa- *Verum*  
 tribus , hoc Seculo , ( de Eucharistia loquentibus ) *Sacrifi-*  
 usurpatas Spanhemius negare non audet ; sed *ci-um.*  
*proprie* acceptas , ut alibi , inepte supponit , ac  
 nugas in demonstrando agit. Sed in his Patribus  
 de Eucharistia sermonem instituentibus , atque il-  
 lis verbis utentibus , nihil magis obvium , quam  
 ipsarum vocum proprium , ac verum sensum repe-  
 ries. Protestantes ergo dissentiunt , Latini assen-  
 tiuntur.

VIII. De Pœnitentiæ Sacramento , & ad hoc  
 necessaria peccatorum Confessione , multa , & præ-  
 clara apud hujus ætatis Patres ; omnium inf- *Privata*  
 tar Ambrosius : ( 11 ) sed & Chrysofomum testa- *Confessio*  
 mur , cujus auctoritate adversarii , adversus Roma- *eadem ,*  
 nam *que Au-*  
*ricula-*  
*ris.*

( 8 ) Catech. IV. | ( 10 ) Ibidem.  
 ( 9 ) Hist. Christ. Sec. IV. | ( 11 ) Lib. de Pœnit. , & alibi.  
 Cap. V. Col. 844.



nam Ecclesiam , potissimum abutuntur. Privatam quidem confessionem Spanhemius , hoc Seculo , agnovit , quam tamen a Nectario sublatam falso existimat ; sed hæc addere non puduit : *Ignota plane confessio , quæ dicitur Auricularis.* ( 12 ) Quid enim aliud , quæso , est Auricularis confessio , nisi privata ?

*De infirmorum  
Unctione.*

X. Asserta quoque , hoc Seculo , de infirmorum Unctione Doctrina , testante Joanne Chrysostomo , ( 13 ) necnon Innocentio I. , ( 14 ) qui & *genus Sacramenti* illam appellat , & reliquis *Sacramentis* comparat. Hanc autem Romana servat Ecclesia , Protestantes rejiciunt , eam nihilominus hoc Seculo viguisse fatentur , ut nulla possint excusatione purgari ; imo Spanhemius *Sacramenti* nomen ipsi hac ætate inditum agnoscit , licet hoc precario interpretetur. ( 15 )

*De Ordine , & Matrimonio , Sacramentis.*

XI. Idem pariter de *Ordine* , & *Matrimonio* traditum , quod in Romana Ecclesia hodie traditur , ut ex Patribus facile demonstrari potest , quorum omnium instar Augustinum testamur , medio quarto Seculo natum , qui utrumque *Sacramenti* nomine appellavit. ( 16 ) Non equidem Spanhemius id negat , tam Ordinem , quam Matrimonium hac ætate *Sacramenta* dici consuevisse ; sed eo sensu , quem pro libidine fingit. Ea igitur Protestantium desperata conditio est , ut prædicatam

( 12 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. V. Col. 846.

( 13 ) Lib. 3. de Sacerdotio.

( 14 ) Epist. ad Decentium.

( 15 ) Hist. Christ. Sec. IV. Cap. V. Col. 846.

( 16 ) De Bono Conjugali Cap. 24. , & Lib. 2. cont. Parmen , in his duobus locis de Ordine loquitur. De Matrimonio autem in Lib. de Bono conjugali memorato Cap. 24. , & alibi.



tam quidem primis Ecclesiæ Seculis veritatem agnoscant; sed *videntes non videant*.

XII. Nihil sane hujus Seculi Patrum auctori-<sup>Sancto-</sup>tate luculentius demonstrari potest, quam religio-<sup>rum cul-</sup>sus sanctorum cultus: hunc Spanhemius quarto<sup>tus.</sup> Ecclesiæ Seculo viguisse modo negat, (17) modo fateri cogitur; (18) sed ut in cæteris omnibus, quæ ex præjudicatis opinionibus explodenda suscipit, & tamen omnino negari nequeunt, hunc etiam a Gentilibus mutuatum inepte refert. (19) Sed quidquid velit: profecto hujus ætatis Patres religiosum cultum sanctis & exhibuerunt, & exhibendum crediderunt: hoc ipsum Catholici Romani faciunt, Protestantes de superstitione accusant.

XIII. Haud aliter hoc Seculo tradita ipsorum<sup>Sancto-</sup> Sanctorum cum Christo regnantium invocatio,<sup>rum in-</sup> quin testes proferre necesse sit, cum vel ipse Spa-<sup>vocatio.</sup>nhemius hac ipsa ætate *invocationis Sanctorum* originem agnoscat, (20) pro qua Patres laudat Basilium, Nazianzenum, Nyssenum, Chrysostrum. Vult tamen hos Patres Sanctos aliter invocasse, ac hodie in Romana Ecclesia invocari solent; ita enim e re sua esse vidit; sed nugas agit inanissimas.

XIII. Longe, lateque, hoc Seculo, viguit<sup>Sacra-</sup> sacrarum *reliquiarum* veneratio, quarum accerrimi<sup>rum Re-</sup> vindices, Spanhemio teste, (21) fuerunt Hiero-<sup>liquia-</sup>nymus, Paulinus Nolanus, Nazianzenus. Et hæc<sup>rum ve-</sup> veneratio jam tum religiosa, quidquid Spanhe-<sup>neratio.</sup>mius effutiat. Hanc ille *superstitionem reliquiariam*

O

ap-

(17) Hist. Christ. Sec. IV. |  
Cap. V. Col. 845.

(18) Ibidem Cap. VI. Col. |  
851.

(19) Ibidem.

(20) Ibidem Cap. VIII. Col.

865, & seq.

(21) Ibidem Col. 865.



appellat, *sensim gliscentem*, (22) scilicet hoc Seculo: ita sequaces, qui eam omnino rejiciunt; secus autem Latini hodierni. Qui vero ab illis Patribus dissentire videantur, Latini, an Protestantes?

*De Purgatorio.* XV. Superest, ut inquiramus, an hoc Seculo Doctrina de Purgatorio cognita fuerit. Spanhemius *ignotam adhuc fuisse*, nescio qua fronte affirmet: (23) quid enim apertius hujus ætatis Patres tradiderunt? Verum ipse Spanhemius inter Augustini errores *Purgatorium* impudenter numerat; illud itaque ab Augustino traditum agnovit, quem pro ipso, cæterorum omnium instar, jure, meritoque testamur.

*De precibus pro mortuis.* XVI. Denique orationes, & preces pro mortuis hoc Seculo oblatas passim legimus, Spanhemius fatetur, (24) quanquam diverso a Latinis fine factum velit, (25) & in eo Capite referat, cui iste titulus: *Superstitionis in quibusdam Ritibus Præludia, hoc Seculo.* (26) Verum qui Eusebios, Epiphianos, Ambrosios, Augustinos, cæteros attentè legerit, & hæc a prioribus seculis accepta, & eodem, ac Latini hodie, sensu peracta fuisse agnoscat. Aliud itaque de *Purgatorio* a Latinis, & Tridentinis definitum non est, ut vult Spanhemius; (27) sed Protestantes veritatem agnoscere renuentes, ab illorum Patrum Doctrina, inani, ac luctuosa temeritate dissentiunt.

(22) Ibidem.

(23) Ibidem Cap. V. Col. 850.

(25) Ibidem.

(26) Ibidem. Cap. VIII. Col.

(24) Ibidem. Cap. Col. 867.

(27) Ibidem. Cap. V. Col. 850.





**OLISIPONE:**  
**TYPIS SIMONIS THADDÆI FERREIRA.**

ANNO M. DCC. LXXX.

*Cum facultate Regiæ Curie Commissionis Generalis  
pro Examine, & Censura Librorum.*



COD  
130903

